

## ADDENDA ET MUTANDA IN KALENDARIO

### Majus

31 Ss. Cantii, Cantiani et Cantianillæ Mm., duplex Com. S. Angelæ Mericæ Virg. (duplex perpetua simplif.) et S. Petronillæ Virg.

### Junius

5 S. Bonifatii Ep. et Mart., dupl. II cl. (ex privill.)  
 16 S. Bennonis Ep. et Conf., semiduplex.  
 Dom. IV m. Junii; Nativitas S. Joannis Baptistæ Titularis Ecclesiæ Metropolitanæ et Patroni principalis Civitatis Wratislaviensis, duplex I classis cum Octava communi. — Com. Festi infra Octavam et die ipsa Octava faciendâ est juxta Rubricam

### Julius

3 S. Ottonis Ep. et Conf., duplex majus. Com.  
 4 S. Leonis II Papæ et Conf., et Octavæ Ss. App. Commemoratio Omnium Ss. Summorum Pontificum, dupl. majus. Com. S. Udalrici Ep. et Conf. (dupl. in Pr. perpetuo simplif.) et Oct. Ss. App. S. Henrici Imp., Conf., duplex (ex privill.)  
 15 B. Ceslai Conf., duplex. Com. S. Hieronymi Amiliani Conf. (duplex perpetuo simplif.) et S. Margaritæ Virg. et Mart.

### Augustus

Dom. III Augusti: Assumptio B. Mariæ Virg., dupl. I cl. cum Oct. comm. — Comm. Festi infra Octavam et die ipsa Octava faciendâ est juxta Rubricam  
 16 S. Hyacinthi Conf., duplex II classis (ex privill.)  
 17 S. Joachimi Patris B. M. V., Conf., duplex II classis. Com. diei Octavæ S. Laurentii Mart.  
 18 S. Rochi Conf., semid. Com. S. Agapiti Mart. Translatio S. Hedwigs Vid., duplex majus. Com.  
 25 S. Ludovici Regis, Conf. (semiduplex simplif.)  
 29 Decollatio S. Joannis Baptistæ, dupl. II classis (ex privill.). Com. S. Sabine Mart.

### September

1 B. Bronislavæ Virg., duplex. Com. S. Egidii Abb. et Ss. duodecim Fratrum Mm.

## OFFICIA PROPRIA

## ARCHIDIECESIS WRATISLAVIENSIS

### PARS ÆSTIVA

**Joannis Nepomuceni**  
 Martyris  
 (Translatum post Tempus Paschale)  
 Duplex II classis  
 In II Vesperis Festi Ss. Trinitatis fit Commemoratio S. Joannis, ut infra.

8) Festum fit cum integris primis Vesp., Ant. et Clap. sumuntur de Laudibus 10\*, Psalmi ex I Vesperis de Communi Apostolorum, et dicitur sequens

### Hymnus

**J**am faces licet ferat,  
 et minantem

**J**am ferox ense, rabidumque tortis  
 Vinculis ferrum, sacra nisacærdos  
 Abdita pandat.

**S**entiet vires, animæque  
 magnæ  
 Prædignum pectus: violētus ira  
 Non quatit recti solida  
 tenacem

Mente satelles.

**E**n ruit præceps tumulatus unda

Martyr, et fuctu placido  
 silentem  
 Nâufigrag linguam melioris ævi

Servat in usum.

**A**t superjécitæ fáccili nântâtes

Amne discurrunt, rutilântque circa

Mârtýrem flammâ: bene gesta plaudens  
 Ornat Olympus.

**O**rnat et linguam, rósei instar ignis,

Vávidam servans, et adhuc rubentem,  
 Indicat, quænam fuerit tacentis

Grátia linguæ.

**S**it decus Patri, genitæque Proli,

Spirítum laudent, ab utrôque puris

Qui calet flammis, sine fine psallens

Orbis uterque.

**A**men.

**A**nt. Dedit mihi Dóminus linguam mercédem meam: et in ipsa laudábo eum.

**V.** Sacraméntum regis abscondere bonum est. **R.** Opera autem Dei revelare honoríficum.

#### Oratio

**D**eus, qui ob invictum beáti Joannis sacraméntale siléntium nova Ecclesiám tuam mártýri coróná decorásti: da; ut ejus exémplo et intercessióne, ori nostro custodiám ponéntes, beátis, qui língua non sunt lapsi, annúmerémur. Per Dóminum nostrum.

#### Ad Matutinum

**Invit.** Regem Mártýrum Dóminum, \* Veníte, adorémus.

**Ps. 94** Veníte, exultémus.

#### Hymnus

**I**n profúnda noctis umbra **I**t Et gravi calligine Lustrat ædém: flamma munda,

Sic jubénte Númine.

Nocte nascitur Joánnes, Astra celo dévolant: Nocte mérgitur Joánnes, Astra funus apparrant.

Hinc cor ejus igne flagrans

Fortis urit caritas:

Hinc ab ejus ore manans

Mira prodit suávitatis.

stultítia hóminis auscultáre per óstium; et prudens gravábitur contumélie. Lábia imprudentium stultitia

gravábunt: verba autem prudentium statéra ponderábunt. In ore fatuórum illórum: et in corde sapientium os illórum. Dum maledicít impius diabóolum, maledicít ipse ánimam suam. Susúro coinquinábit ánimam suam, et qui in ómnibus odietúr: et qui cum eo mánserit, odíosus est: táctus et sensátus honorábitur.

**R.** Metuébat rex Joánnes, \* Sciens eum virum justum et sanctum. **V.** Et custodiébat eum, et audíto eo multa faciébat, et libénter eum auditébat. **Sciens.**

#### Lectio ii Cap. 28, 21-25

**F**lagéli plaga livórem facit: plaga autem língue comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gládii, sed non sic quasi qui intérierunt per línguem suam. Beátus qui tectus est a língua nequam, qui in iracúndiam illius non transiit, et qui non attraxit jugum illius, et in vinctulis ejus non est ligátus: jugum enim illius, jugum ferreum est: et vinculum

illius, vinculum æreum est. Mors illius, mors nequíssima: et útilis pótius inférnus quam illa.

**R.** Lex veritátis fuit in ore ejus, et iniquitatis non est invénta in lábiis ejus: in pace et in æquitate ambulávit mecum: \* Et multos avértit ab iniquitate. **V.** Lábia enim sacerdotís custódiént sciéntiam, et legem requirént ex ore ejus. **Et.**

#### Lectio iii Cap. 28, 26-30

**P**erseverántia illius non permanébit, sed obtinébit vias injustórum: et in flamma sua non combúret justos. Qui relínquunt Deum, incidént in illam, et exardébit in illis, et non exstinguétur, et immittétur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos. **Sepi** aures tuas spinis, línguem nequam noli audíre, et ori tuo fácto óstia, et arseras. Aurum tuum et argéntum tuum confusa, et verbis tuis fácto statéram, et frenos ori tuo rectos: et attende ne forte labáris in língua, et cadas in conspectu inimicórum insidiántium tibi, et sit casus tuus insanábilis in mortem.

**R.** Sepívi aures meas spinis, \* Et ori meo feci ostia et seras. **V.** Beátus qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indignis se. **Et.** Glória Patri. **Et.**

### In II Nocturno

**Ant.** Non quæsívit \* a Dómino ducátum, neque a rege cáthedram honoris.

**Ant.** Loquébar \* de testimoniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar.

**Ant.** Amplius non videbitis \* faciém meam vos, per quos transívi prædicans verbum Dei.

**V.** Pone, Dómine, custódiám ori meo. **R.** Et óstium circumstantiæ lábiis meis.

### Lectio iv

Joánes Nepomúci Bohémiae oppido, unde Nepomuceni cognomen duxit, a paréntibus aetate provectis, non sine futura sanctitatis praesagio, flammis supra nascentis domum mirabiliter colluctantibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidisset, beatae Virginis ope, cui natum parentes referébant acceptum, evitate periculo evasit incó-

præcónio avocarétur, constantissime recusavit.

**R.** Instans orationi et ministerio verbi, hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Dómino: \* Quia erat vir bonus, et plenus Spíritu Sancto. **V.** Et apponébatur multa turba Dómino. **Quia.**

### Lectio v

**R**égis illum elemosynis in páuperes erogándis præfectum, Joáanna regina consentiénti sibi moderatorem ascívit. Cum autem Wencesláus ab officio institutóque decessisset, atque in vitiá præceps abiret, piæ autem conjugis obstestationes et mórita gravate ferret, contentétere ausus est, ut in sacramentáli iudicio sacerdoti credíta reginæ aréana sibi a Joáanne panderéntur. At Dei minister blanditis primum, tormentis deinde et cárceris squalore tentátus, nefáriæ regis cupiditáti fórtiter óbstítit. Furéntem tamen Wenceslái ánimum cum ab exsecrándo proposito nec humana nec divína jura deterrént, suprémum agónem, quem instáre sibi athléta Christi nóverat,

pópulo in contióne de impendentibus étiam regni calamitátibus admónito, non obscure prænuñciávit. Mox Bolesláviam profectus, ad beáte Virginis imáginem antiquo cultu célebrem, caelésté præsidium ad certándum bonum certámen effúsis precibus implorávit. Inde vespere reverténtem in pervigilio Dóminicæ Ascensionis rexe fenestra conspicatús arcessit; cumque vehementius urgéret, et próximam in aquis, si obluctári péteret, submersiónem inténtáret, Joánes invicta constantia terrores minasque refutávit. Itaque regis império in Moldávam flumen Pragam interfluens noctu dejectus, illústrem mártýri coronám est consecutus.

**R.** Dispérsit, dedit páuperibus: \* Justítia ejus manet in saeculum saeculi. **V.** Beátus, qui intélligit super egénium et páuperem. **Justítia.**

### Lectio vi

**S**acrilegum facinus clam patrátum, et Mártýris glóriam insigne prodígium divinitus patefécit. Ubi enim exánime corpus secundo flumine vehi cœ-

pit, ardentes faces aquis supernatantes et discurrentes apparuerunt. Quam ob rem ex arena postridie mane corpus elatum, canonicum deinde, regis iram nihil timentes, in metropolitanam ecclesiam solenni pompa intulerunt, et sepulture mandarunt. Cum autem in dies invicti sacerdotis memoria miraculis, et maxima fidelium, eorum praecepit qui fama periclitantur, veneratione cresceret, post annos decimum amplius trecentos, in juridica recognitione corporis, quod sub humo tamdiu jacerat, lingua ejus incorrupta et vivida reperta est: quæ sexto post anno iudicibus a Sede Apostolica delegatis exhibita, novo prodigio repente intumuit, et subobscurum ruborem in purpureum commutavit. His itaque aliisque signis rite probatis, Benedictus decimus tertius Pontifex Maximus die decima nona mensis Martii, anno salutis millésimo septingentesimo vigésimo nono, primum hunc sacramentalis sigilli assertorem, articuli fidem sanguine obsig-

nantem, sanctorum Martyrum catalogo adscripsit. **R.** Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes generali: \* Propter quod vigilate. **V.** Et ex vobis ipsi exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. **Propter.** Gloria Patri. **Propter.**

### In III Nocturno

**Ant.** Igne me \* examinasti, et non est inventa in me iniquitas.

**Ant.** Aquæ multæ \* non potuerunt exstinguere caritatem, nec flumina obruent illam.

**Ant.** Transivi per ignem \* et aquam: et eduxisti me in refrigerium.

**V.** Dixi: Custodiam vias meas. **R.** Ut non delinquam in lingua mea.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum

### Lectio vii Cap. 11, 2-10

In illo tempore: Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, aut alium expectamus? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ

### In Evangel. Homilia 6

**D**imissis Joannis discipulis, quid de eodem Joanne turbis dicat audiamus. Quid existis in deserto videre? arundinem vento agitatam? Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore vel detractioe tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura favoris flaverit, hilaris et extollitur: sed si inde ventus detractiois eruperit, unde aura laudis veniebat, mox hunc quasi furoris inclinat.

**R.** Cum corriperebatur ab illo de omnibus malis, quæ fecit rex, adjecit et hoc: \* Et inclusit Joannem in carcere. **V.** Labore usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. **Et.**

### Lectio viii

**S**ed arundo agitata vento Joannes non erat: quia hunc nec blandum

gratia, nec cuiuslibet detractiois ira asperum faciebat: nec prospera hunc erigere, nec adversa novaverant inclinare. Arundo ergo vento agitata non erat, quam ab status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Dirissimi, ergo, fratres carissimi, arundinem vento agitatam non esse: solidemus animum inter auras linguarum positum: stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram provocet, atque ad remissionem inutilis gratiæ nullus favor inclinet. Non nos prospera elevent, non adversa perfurbent: ut qui in soliditate fidei firmur, nequaquam rerum transentium mobilitate moveamur.

**R.** Reddidit Deus justo mercedem laborum suorum, et dedit illum in via mirabili: \* Et fuit illi in velamento diei, et in luce stellarum per noctem. **V.** Transvexit illum per aquam nimiam; inimicos autem illius demersit. **Et.** Gloria Patri. **Et.**

### Lectio ix

**A**dhuc autem de ejus expressione subiungitur: Sed quid existis videre in

deserto? hóminem móllibus vestítum? Ecce, qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Camelórum enim pilis, ut scitis, vestítus Joánes fuisse describitur. Et quid est dicere: Ecce, qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt: nisi apérta senténtia demonstráre, quia non cælesti sed terréno regi militánt ii, qui pro Deo pépeti áspera túngunt, et solis exterioribus déditi, præsentis vitæ molístrem et delectatiónem quæruunt.

Te Deum laudámus.

### Ad Laudes

et per Horas

**Ant. 1** Interrogábat eum \* rex multis sermónibus: at ipse nihil illi respondebát.

**Psalmi de Dominica.**

**2** Rex dixit: \* Ne abscondas a me verbum, quod te intérrigo. Dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi.

**3** Affirmábat rex \* se divitem et beatum factúrum. Non obédio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis.

**4** Tunc rex, accensus ira, \* in hunc super omnes crudélius desævíit.

**5** Beátus \* qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indignis se.

**Capit. Eccli. 21, 28-29**  
**L**ábia imprudentium stulta narrábunt, verba autem prudentium statéra ponderabúntur. In oratuórum cor illórum, et in corde sapiéntium os illórum.

### Hymnus

**V**ix in sepulcro cónditur,  
Signis Joánes próditur,  
Per crátium repágula  
Intérmicant mirácula.

**Hic** ejus hostes illico  
Pudóre mæsti público,  
Ultrice dextra Núminis,  
Pœnas repéndunt criminis.  
**Hic** damna rerum fléntibus  
Famæve conqueréntibus,  
Abdúcta res revertitur,  
Abláta fama rédditur.

**Hic** corpus ægritúdines,  
Tempus vicissitúdines,  
Periculum securítas,  
Mortem fugit mortalitas.  
**Hic** viva lingua Mártiris  
Sed muta voce sánguine  
Clamans, ut Abel, improbat,  
Regique crimen exprobrat.

**U**nús, o, da, Trínitas,  
Triúmque simplex Unitas,

Ut, qui Joánni supplicánt,  
Id impétrent, quod flagítant. Amen.

**V.** Pósu ori meo custódiám. **R.** Cum consisteret peccátor advérsum me.

**Ad Bened. Ant.** Quicúmque \* glorificáverit me, glorificábo eum: qui autem contémmunt me, erunt ignóbiles.

### Oratio

**D**eus, qui ob invíctum beáti Joánnis sacraméntale siléntium nova Ecclesiám tuam mártirii coróna decorásti: da; ut ejus exémplo et intercessióne, ori nostro custódiám ponétes, beátis, qui lingua non sunt lapsi, annumerémur. Per Dóminum nostrum.

### Ad Tertiam

**Capit. Lábia, ut supra ad Laudes 10\*.**

**R. br.** Sacraméntum regis \* Abscóndere bonum est. Sacraméntum. **V.**

Opera autem Dei reveláre honoríficum. Abscóndere, Glória Patri. Sacraméntum.

**V.** Pone, Dómine, custódiám ori meo. **R.** Et ostíum circumstántiæ lábiis meis.

### Ad Sextam

**Capit. Eccli. 28, 28**

**S**epi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire et ori tuo fácto ostia et seras.

**R. br.** Pone, Dómine, \* Custódiám ori meo. Pone. **V.** Et óstium circumstántiæ lábiis meis. Custódiám. Glória Patri. Pone.

**V.** Dixi: Custódiám vias meas. **R.** Ut non delínquam in lingua mea.

### Ad Nonam

**Capit. Eccli. 28, 29-30**

**A**rum tuum et argéntum tuum confla et verbis tuis fácto statáram et frenos ori tuo rectos et atténde, ne forte labáris in lingua.

**R. br.** Dixi: \* Custódiám vias meas. Dixi. **V.** Ut non delínquam in lingua mea. Custódiám. Glória Patri. Dixi.

**V.** Pósu ori meo custódiám. **R.** Cum consisteret peccátor advérsum me.

### In II Vesperis

Antiphonæ de Laudibus 10\*;  
Psalmi in I Vesperis de Communi Apostolorum, et loco ultimi dicitur sequens

## Psalms 115

**C**redidi, propter quod locutus sum: \* ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: \* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, \* pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accipiam: \* et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: \* pretiósá in conspectu Dómini mors sanctorum ejus:

O Dómine, quia ego servus tuus: \* ego servus tuus, et filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: \* tibi sacrificábo hostiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pópuli ejus: \* in átriis domus Dómini, in médio tui, Jérusalem.

**Ant.** Beátus, qui lingua sua non est lapsus, et qui non servavit indignis se.

**Capit. Eccli. 21, 28-29**  
**L**ábia imprudentium stulta narrabunt, verba autem prudentium statéra

ponderabúntur. In ore fatuorum cor illórum, et in corde sapientium os illórum.

## Hymnus

**I**nvíctus heros Núminis, Mergendus unda flúminis,

Stat fortis in siléntio, Dum fit sigilli ménfio.

**H**inc rex minátur fónera,

Hinc tortor infert vúlnera, Manus ligántur fúmbus, Artus cremántur ignibus,

**S**ed hæc Joánnes déspect,

Nec regis iram respicit, Secréta non vult pándere, Horret sigillum frángere,

**S**tat mutus agnus innocens,

Nil de tegendis próferens: Stat; dumque rex nil élícit,

E ponte justum déjicit. **P**ræceps ab alto stérmitur,

Undis profúndis mérgitur: Mersum sed applaudéntibus

Undæ salútant ignibus. **S**tellæ natant in flúmine,

Illi paréntant lúmine, Docéque cæli cláritas Quæ sit Joánnis caritas,

**D**æ, sempitérna Trinitas, Ut in bono sit fírmitas:

Aut lacrimárum flúmina Mergant cadéntum criminana. **A**men.

**V.** Pósui ori meo custodiám. **R.** Cum consisteret peccátor adversum me.

**Ad Magnif. Ant.** In conspectu poténtium \* admirábilis ero, et fácies princípum mirabúntur me: tacentem me sustinébunt, et loquéntem me respicient.

## Oratio

**D**eus, qui ob invíctum beáti Joánnis sacramentále siléntium nova Ecclésiám tuam martyri coróna decorásti: dá; ut ejus exémplo et intercessióne, ori nostro custodiám ponétes, beátis, qui lingua non sunt lapsi, annumerémur. Per Dóminum nostrum.

Die 31 Maji

## Ss. Cantii, Cantiani et Cantianillæ

## Martyrum

## Duplex

**V.** Lætámini in Dómino et exultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

**Ad Magnif. Ant.** Istórum est enim \* regnum cælórum, qui contempserunt nostrum.)

vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

## Oratio

**D**eus, qui es Sanctórum tuórum splendor mirábilis, quique hunc diem beatórum Cántii, Cantiani et Cantianillæ martyrio consecrásti: dá Ecclésiæ tuæ, natalitio tantæ festivitátis gratulári; ut apud misericórdiam tuam et exémples eórum et méritis adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio S. Angelæ Mericiæ Virg.:**

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparavit in ætérnum.

**V.** Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procéde, et regna.

## Oratio

**D**eus, qui novum per beatam Angelam sacrarum Virginum collegium in Ecclésia tua florésceere voluisti: dá nobis, ejus intercessióne angélicis móribus vivere; ut, terrens réis ómnibus abdicátis, gáudiis pérfui mereámur ætérnis. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio S. Petronillæ Virg.:

**Ant.** Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas; inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

**V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

#### Oratio

**F**xaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de beatæ Petronillæ Virginis tuæ festivitâte gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

In I Nocturno, si dicendæ sint de Communi, Lectiones Fratres: Debitores, de Communi plurimorum Martyrum.

#### In II Nocturno

**¶** Si hoc Festum ad instar Simplicis redigatur, et de ipso IX Lectio juxta Rubricas sit dicenda, sumatur sequens Lectio IV tantum.

#### Lectio iv

**C**antius, Cantianus et Cantianilla fratres Aquilæ nobili genere nati, fidei Christianæ accuti cum essent, de iis Dulsius præses Maximianum imperatorem consuluit, qui eos, nisi idolis immolarent,

cápite plecti iussit. Quam rem ubi illi resciverunt, vehiculo ab urbe egressi, ut irati præsidis furorem declinarent, non longe inde a satellitibus comprehensi, in fide constantissimi cum sacrificare idolis nullo modo voluissent, una cum Proto pædagogo cruciati, demum cervicibus præcisâs martyrio coronantur. Eorum corpora Mediolanum translata, in Basilica Metropolitanâ recondita sunt.

**R.** Sancti tui, Domine, mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illis in aquis validis: \* Terra apparuit arida, et in Mar Rubro via sine impedimento. **V.** Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt. Terra.

Ex Epistola sancti Cypriani Episcopi et Martyris Epist. 25 ad Mart.

#### Lectio v

**I**mposuerunt compedes pedibus vestris, et membra felicia ac Dei templi infamibus vinculis ligaverunt, quasi cum corpore ligetur et spiritus, aut aurum vestrum ferri conta-

giône maculêtur. Dicatis Deo hominibus, et fidem suam religiosâ virtute festantibus, ornamenta sunt ista non vincula, nec Christianorum pedes ad infamiam cõpulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non a fabro, sed a Domino resolvuntur. O pedes feliciter vincti, qui itinere salutari ad paradysum dirigitur. O pedes in sæculo ad præsens ligati, ut sint semper ad Dominum liberi.

**R.** Vêrbera carnicum non timuerunt sancti Dei, morientes pro Christi nomine: \* Ut heredes fierent in domo Domini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. **Ut.**

#### Lectio vi

**Q**uis non libenter et prompte calicem salutis accipiat? Quis non appetat gaudibundus et lætus, in quo aliquid et ipse Domino suo retribuât? Quis non pretiosam in conspectu Dei mortem foriter et constanter excipiat, platurus ejus oculis, qui nos in confessione nominis sui desuper spectans, volentes cõprobat, adjuvat dimicantes, vincentes coronat: retributione bonitatis

ac pietatis paternæ remunerans in nobis, quidquid ipse præstiffit, et honorans, quod ipse perfecit?

**R.** Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, et quasi holocausti hostiam accepit illos; et in tempore erit respectus illorum: \* Quoniam iam donum et pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligent veritatem: et fideles in dilectione acquiescent illi. **Quoniam.** Glória Patri.

#### Quoniam.

#### In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

Lectio vii Cap. 6, 17-23

**I**n illo tempore: Descendens Jesus de monte, stetit in loco campestri, et turba discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, et Jerusalem, et maritima, et Tyri, et Sidonis. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis

Serm. 1 In festo Oo, Sancto.

**L**egimus in Evangelio hodie, quoniam videns turbas Jesus ascendit in montem. Prædicantem enim Dominum de civitatibus et castellis populi

sequébantur; quorum salvabat animas, sanabat et corpora: et adhærebant ei, affatû pariter et aspectû illius delectati. Cujus mirum vox suavis, et factes decora, sicut scriptum est: Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Talis est, quem nos sequimur, cui adhæremus, totus desiderabilis; in quem non solum populi, sed et ipsi quoque Angeli sancti desiderant prospicere.

**R.** Propter testamentum Dômini et leges paternas, Sancti Dei perstitērunt in amore fraternitatis: \* Quia unus fuit semper spiritus in eis, et una fides. **V.** Ecce, quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! **Quia.**

#### Lectio viii

**Q**uid vobis suavius apponemus? Nimirum hæ sunt deliciae Angelorum. Gustate proinde et videte, quoniam suavis est Dôminus. Et huic suavitati, huic sapori, huic sapientia, quæ trahitur de oculis, omne quod desideratur, non valet comparari. Quid enim? miraris in sole splendorem, in flo-

re pulchritudinem, in pane saporem, in terra incunditatem? Sed a Deo hæc universa dona multo nec dubium, quin multo amplius reservaverit sibi, quam dederit creaturis.

**R.** Hæc est vera fraternitas, quæ numquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secti sunt Dôminum: \* Contemnentes aulam regiam, pervenerunt ad regna cælestia. **V.** Ecce, quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! **Contemnentes.** **Gloria Patri. Con-**

**Pro S. Angela Mericia Virgi.**

#### Lectio ix

**A**ngela Mericia, piis ortu parentibus, a prima ætate magna virtutum specimina dedit, cilicio ac flagellis frequenter usa, et orationi indesinenter dedita. Paternis bonis abdicatis, ac regulam tertii ordinis sancti Francisci amplexa, evangelicam paupertatem virginitatis laudi conjunxit, nullumque pietatis officium erga proximos omisit. Sacra Evangelia frequentissimo refecta, tanta caritatis vi ferebatur in Deum, ut sæpius extra sensus in-

misericordiam tuam et exemplis eorum et meritis adjuvetur. Per Dôminum.

**Et fit Com. S. Angelæ Virg.:**

**Ant.** Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

**V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

#### Oratio

**D**eus, qui novum per beatam Angelam sacrarum Virginum collegium in Ecclesia tua florescere voluisti: da nobis, ejus intercessione, angelicis moribus vivere; ut, terræis omnibus abdicatis, gaudiis perfrui mereamur æternis. (Per Dôminum.)

**Deinde Commemoratio S. Petronillæ Virg.:**

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dôminus præparavit in æternum.

**V.** Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procede, et regna.

#### Oratio

**L**æxaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de beatæ Petronillæ

peretur. Brixia novam virginum societatem sub certa disciplina sanctificavit, quam sanctæ Ursulæ patrocinio ac nomine insignivit. Tandem prope septuagenaria evolavit in cælum, anno Dômini millesimo quingentesimo quadragesimo, sexto Kalendas Februarii. Cultum illi jamdudum exhibitum Clemens Papa decimus tertius solènni decreto ratum habuit, et confirmavit. Pius vero Papa septimus sanctarum Virginitum catalogum eam adscripsit. **Te Deum** laudamus.

#### Ad Laudes

**V.** Exsultabunt Sancti in glória. **R.** Lætabuntur in cubilibus suis.

**Ad Bened.** **Ant.** Vestri capilli capitis \* omnes numerati sunt: nolite timere: multos passeribus meliores estis vos.

#### Oratio

**D**eus, qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hunc diem beatorum Cantii, Cantiani et Cantianillæ martyri consecrasti: da Ecclesiae tuæ, natalitio tantæ festivitatis gratulari; ut apud



Virginitate gaudemus; ita pia devotionis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum.

### In II Vesperis

**V.** Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Laetabúntur in cubilibus suis.

**Ad Magnif. Ant.** Gaudent in caelis \* anime Sanctorum, qui Christi vestigia ejus secúti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

### Oratio

**D**eus, qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hunc diem beatorum Cántii, Cantiani et Cantianillæ martyrio consecrasti: da Ecclesiae tuae, natalitio tantae festivitatis gratulari; ut apud misericordiam tuam et exemplis eorum et méritis adjuvetur. Per Dóminum.

*Et fit Com. S. Angelae:*

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dóminus preparávit in aeternum.

**V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

### Oratio

**D**eus, qui novum per beatam Angelam sacrarum Virginum collegium in Ecclesia tua florere voluisti: da nobis, ejus intercessióne, angelicis moribus vivere; ut, terris omnibus abdicatis, gaudiis pérfrui mereámur aeternis. Per Dóminum.

Die 5 Junii

### S. Bonifatii

**Episcopi et Martyris**

**Duplex II classis (ex privil.)**

*Omnia ut in Communi unius Mart. praeter ea, quae in Brevariario hac die habentur propria.*

*I Vesperae dicuntur inter grae de S. E. M. cum Com. S. Francisci Caraccioli Conf.*

*In I Nocturno Lectiones A Miléto, de Communi unius Martyris.*

*In II Vesperis Commemoratio S. Norberti Ep. et Conf.*

Die 16 Junii

### S. Bennonis

**Episcopi et Confessoris**

*Semiduplex*

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum. **Ad Magnif. Ant.** Sacros dos et Póntifex, \* et virtutum ópifex, pastor bone

in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

### Oratio

**D**eus, qui nos beati Benónis Pontificis confessione gloriosa circumdas et prótegis: da nobis, et ejus imitatione proficere, et intercessióne gaudere. Per Dóminum.

*In I Nocturno, si dicendae sint de Communi, Lectiones: Fidelis sermo, de Communi Confessoris Pontificis.*

In II Nocturno

Lectio iv

**B**enno, Hildésima Saxoniae civitate, illustribus genitoribus oriundus, quinquennis sancto Bernardo Hildesimensi episcopo, ejus consanguineo, commendatus, Wiggero monasterii sancti Michaelis praeposito, in Dei timore instruendus, et in studio litterarum erudendus traditur. Factus adolescens, episcopi consilio sumpto habitu monachorum, in eodem cenobio tam sancte vixit, ut mortuo abbate cogereetur sollicitudinis abbatialis sarcinam subire: cujus tamen vacationem praemore vitae contemplativae post spatium trium circiter mensium flentibus saepe oculis

impetrávit. Cum autem speráret, reliquum vitae privatim in oratione transigere, Henricus imperator, tertius hujus nominis, cupiens in Ecclesia Goslariensi, a se nuper absoluta, congregationem Canonícorum regulariter viventium, a probatissimis et doctissimis quibusque Germanorum constitutere, Benónem magnis precibus a Pontifice Leone nono impetratum, et illius auctoritate ab ordine monástico ad canonicum translátum, eidem novellae congregationi magistrum addidit, ut illi spiritalis aemulura dux esset, et illam ecclesiasticae disciplinae tirocinii informaret. **R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

### Lectio v

**C**um autem annos decem et septem in canonica congregatione sanctissime Goslariense multorum praediorum, domorum et cenonium paternae hereditatis attributione ditavisset, sua-

dente beato Annone Coloniensi archiepiscopo ecclesiæ Misnensi, tunc vacanti præfectus, episcopatum ne acciperet, omnibus quibus potuit modis restitit: sed tandem beati Annonis acriter objurgatione compulsus illum suscepit: non nescius tamen, divino sibi revelante spiritu, quantis tribulationum fluctibus in episcopatu foret exagitandus: quemadmodum ipse eventus comprobavit: dum Henricus quartus imperator, bello contra Saxonum excitato, sanctum episcopum, officio boni pastoris incumbentem, et nihil mali suspicantem invadens, insontem capit, omnia illius ecclesiæ bona diripit, et captum carceribus et exsilio durissimo damnat.

**R.** Pòsui adjutòrium super potèntem, et exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

#### Lectio vi

**R**evocatus deinde ab exsilio et ad suam ecclesiam ire permixtus, mox alia tempestate contra il-

lum oborta exulare de novo compellitur: exorto nimirum diro schismate inter Romanum Pontificem Gregorium septimum, et ipsum imperatorem, quo vel Henrici iram incurere, vel Dei et Pontificis mandatorum transgressor fieri cogitur. Eligens enim potius indignationem hominum incurere, quam divinum mandatum contemnere: superatis insidiis sibi in man paratis, Romam pergens, Pontifici adhaesit, et pro illius auctoritate, nec non etiam pro ecclesiastica libertate contra ipsum imperatorem acerrime pugnavit, et unum ex tota Germania consilio Romano, eadem causa contra imperatorem celebrato, interfuit et subscripsit. Qui tandem imperatore viribus fracto, liber ad ipsam ecclesiam reversus: dum eidem ecclesiæ instaurandæ, moribusque reformandis strenuam operam impendit: dum Slavis ab errore idololatricæ repurgandis, prædicatione et miraculis totus incumbit: sentiens horam sui exitus appropinquare, convocatis fratribus et ad mu-

tiam dilectionem serio cohortatis: prænuntiata quæ futura erat, Ecclesiæ pacem ac tranquillitatem, in Domino obdormivit, decimo sexto Kalendas Julii, ab Hadriano sexto in Sanctorum numero relatus.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus replèta est: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populòrum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. **Ipse.** Glòria Patri. **Ipse.**

*Si hoc Festum ad instar Simplicis redigatur, et de ipso IX Lectio juxta Rubricas sit dicenda, sumi potest sequens*

#### Lectio ix

**B**enno, Hildesima Saxoniæ civitate oriundus, sancti Bernardi episcopi consilio, sumpto habitu monachorum, in sancti Michaelis cenobio tam sancte vixit, ut mortuo abbate cogeretur, sollicitudinis abbatialis sarcinam subire. Henricus imperator, tertius hujus nominis, Bennonem magnis precibus a Pontifice Leone nono impetratum et illius auctoritate ab ordine monastico

ad canonicum translatum novellæ congregationi canonicorum in Ecclesia Goslariensi regulariter viventium magistrum dedit, ut illi spiritualis armatura dux esset et illam ecclesiasticæ disciplinæ firmiter informaret. Cum autem annos decem et septem in canónica congregatione sanctissime vixisset, beato Annone Coloniensi Archiepiscopo suadente, ecclesiæ Misnensi præfectus est, non nescius tamen, divino sibi revelante spiritu, quantis tribulationum fluctibus in episcopatu foret exagitandus, Henricus quartus imperator, bello contra Saxonum excitato, sanctum episcopum insontem capit et exsilio durissimo damnat. Revocatus deinde ab exsilio, mox alia tempestate contra illum oborta exulare de novo compellitur: exorto nimirum diro schismate inter Romanum Pontificem Gregorium septimum et ipsum imperatorem, Romam pergens, Pontifici adhaesit. Imperatore viribus fracto, libere ad suam ecclesiam reversus, tum eidem ecclesiæ instaurandæ, tum Slavis ab errore idolola-

trix repurgandis incumbit. Obdormiuit in Domino decimo sexto Kalendas Julii anni millesimi centesimi sexti.

*Te Deum* laudamus.

In III Nocturno *Homilia* in Evangelium. Homo peregre proficiscens, de *Comm. 1* loco.

### Ad Laudes

*V.* Justum deduxit Dominus per vias rectas. *R.* Et ostendit illi regnum Dei.

*Ad Bened. Ant.* Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, dicit Dominus.

### Oratio

**D**eus, qui nos beati Benonis Pontificis confessione gloriosa circumdadas et protegis; da nobis, et ejus imitatione proficere, et intercessione gaudere. Per Dominum.

### In II Vesperis

*V.* Justum deduxit Dominus per vias rectas. *R.* Et ostendit illi regnum Dei.

*Ad Magnif. Ant.* Amavit eum Dominus, \* et ornavit eum; stolam glorie induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

Dominica IV Junii  
Festum

### S. Joannis Baptistae

*Titularis Ecclesiae Metropolitanæ et Patroni Principalis Civitatis Wratislaviensis*

Duplex I classis cum Octava communi

transfertur cum Vigilia et integra sua Octava in Dominicam a die 22 usque ad 28 m. Junii incidentem, nisi dies 24 ipse cadat in Dominicam.

Prima die libera infra Octavam

### S. Joannis Baptistae

In II Nocturno

Sermo sancti Augustini  
Episcopi

Sermo 21 de Sanctis

Lectio iv

**N**atalem sancti Joannis, fratres carissimi, hodie celebramus; quod nulli unquam Sanctorum legimus fuisse concessum. Solius enim Domini, et beati Joannis dies natalis in universo mundo celebratur et colitur. Hunc enim sterilis peperit, illum virgo concepit; in Elisabeth sterilitas vincitur, in beata Maria conceptionis consuetudo mutatur. Eli-

sabeth virum cognoscendo, filium genuit; Maria Angelo credidit, et concepit. Hominem concepit Elisabeth, hominem et Maria; sed Elisabeth solam hominem, Maria Deum et hominem.

*R.* Descendit Angelus Domini ad Zachariam dicens: Accipe puerum in senectute tua, \* Et habebit nomen Joannes Baptistae. *V.* Iste puer magnus coram Domino: nam et manus ejus cum ipso est. *Et.*

Lectio v

**M**agnus igitur Joannes, cujus magnitudini etiam Salvator testimonium perhibet, dicens: Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista. Praecellit ceteros, eminet universis; antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas; et quisquis de muliere natus est, inferior est Joanne. Dicit fortasse aliquis: Si inter natos mulierum Joannes major est: Abest, Joannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est. Ille corruptibilis uteri sinibus effusus est, iste impollatus virginis flore progenitus.

*R.* Hic est praecursor dilectus, et lucerna lucens ante Dominum: \* Ipse est enim Joannes, qui viam Domino praeparavit in eremo; sed et Agnum Dei demonstravit, et illuminavit mentes hominum. *V.* Ipse praebit aut illum in spiritu et virtute Eliae. *Ipse est.*

Lectio vi

**S** ergo intelligimus mysterium, fratres mei, Joannes homo est, Christus Deus est. Humiliatur homo, ut exaltetur Deus, secundum illud quod de Domino ipse Joannes dixit: Illum oportet crescere, me autem minui. Ut humiliaretur homo, hodie natus est Joannes, quo incipiunt decrescere dies: ut exaltetur Deus, eo die natus est Christus, quo incipiunt crescere dies. Magnum sacramentum, fratres carissimi. Ideo celebramus natalem Joannis sicut et Christi, quia et ipsa nativitas plena est mysterio. Quo mysterio, nisi humilitatis nostrae, sicut nativitas Christi plena est mysterio altitudinis nostrae?

*R.* Innuebant patri ejus, quem vellet vocari eum; et postulas pugillarem,

scripsit dicens: \* Joannes est nomen ejus. *V.* Apertum est os Zachariæ, et prophetavit dicens. Joannes. Glória Patri. Joannes.

### In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

Lectio vii Cap. 1, 57-68

**E**lisabeth implétum est tempus pariendi, et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericórdiam suam cum illa, et congratulabantur ei. Et reliqua.

De Homilia sancti Ambrosii Episcopi

Lib. 2 in Lucæ cap. 1, circa finem

**J**oannes est, inquit, nomen ejus. Non póterat Elisabeth Domini ignorare prænuntium, quæ prophetaverat Christum. Bene addidit: Quia nemo in cognatione ejus vocabátur hoc nómine, ut intelligas nomen non género esse, sed vatis. Zacharias quod nutu interrogátur: sed quia incredúlitatis ei affátum eripuerát et audífit; quod voce non póterat, manu et litteris est locutus.

**R.** Præcúrsor Domini venit, de quo ipse testátur: \* Nullus major inter natos mulierum Joanne Baptistæ. *V.* Hic est enim Prophéta, et plus quam Prophéta, de quo Salvátor ait. Nullus.

### Lectio viii

**S**cripsit enim dicens: Joannes est nomen ejus. Et hic nomen non imponitur, sed astruitur: meritóque continuo resoluta est lingua ejus: quia quam vixerat incredúlitatis, fides solvit. Credámus et nos ígitur, ut loquámur; ut lingua nostra, quæ incredúlitatis vínculis est ligata, rationis voce solvatur.

**R.** Gábríel Angelus apparuit Zachariæ dicens: Nascetur tibi filius, nomen ejus Joannes vocabitur: \* Et multi in nativitate ejus gaudebunt. *V.* Erít enim magnus coram Domino, vinum et sticeram non bibet. *Et.* Glória Patri. *Et.*

### Lectio ix

**S**cribámus spiritu mystéria, si vólumus loqui: scribámus prænuntium Christi, non in fábulis lapideis, sed in fábulis cordis carnalibus. Etenim qui Joannem loquitur, Chri-

stum prophétat. Loquámur Joannem, loquámur et Christum: ut nostrum quoque os possit aperiri, quod in sacerdoté tanto, irratióabilis modo pécúdis, frena nutantis fidei coercébant.

*Te Deum laudámus.*

Secunda die libera infra Octavam

S. Joannis Baptistæ

Ut in Breviario die 27 Junii.

Tertia die libera infra Octavam

S. Joannis Baptistæ

### In II Nocturno

Sermo sancti Máximi Episcopi

Homilia 3 in Nativitate S. Joannis Baptistæ

### Lectio iv

**F**estivitatem præsentis diæi, fratres carissimi, venerándi Joannis Baptistæ genuina nativitas consecravít: qui idcirco in hoc sæculo supérna dispensatione directus est, ut non solum ipse prophétali sublimaretur glória, sed et omnium étiam per eum prophétarum præconia firmarentur. Nec inmérito illum præcipuo honóre nunc venerámur, qui speciáli quadam grátia, ob

hoc Redemptórem mundi novíssimus prophétavit, ut osténderet eum primus. Hic enim solus est prophétarum, qui Dominum nostrum Jesum Christum, quem álíi in longa temporá futurum præserúnt, própriis óculis vidére méruit, et annuntiáre præsentem.

**R.** Descéndit Angelus Domini ad Zachariam, dicens: Accipe puerum, in senectúte tua. \* Et habebit nomen Joannes Baptistæ. *V.* Iste puer magnus coram Domino: natus et manus ejus cum ipso est. *Et.*

### Lectio v

**H**ic est ille, quem, inspirante Deo, præscipus annúntiát Isaiás, dicens: Vox clamántis in deserto, Paráte viam Domini. Quam congrue, fratres carissimi, beátus Joannes prædicatus est vox, qui cælestis Verbi et præco mittebátur, et testis. Hic est ille, cujus per Angelum Gábríelem prænuntiatur nativitas, et nomen, et méritum. Hic est, qui iudicio cælestis sententiæ cunctis mortálibus antefertur, dicente Domino: Non surréxít inter natos mulierum major

Joáñe Baptísta. Quam pulchre dictum est, inter natos mulierum non esse majorem: quia ille omnimodis major erat Joáñe, qui de Virgine nascebatur.

**R.** Hic est præcursor dilectus, et lucerna lucens ante Dóminum: \* Ipse est enim Joáñes, qui viam Dómino præparávit in eremo: sed et Agnum Dei demonstrávit et illuminávit mentes hóminum. **V.** Ipse præibit ante illum in spiritu et virtute Eliæ. Ipse est.

#### Lectio vi

**Q**uibus perspéctis, ad véritate, dilectíssimi, quantum huic reverentiam, quantum devotiónis debeamus impendere: qui ut honorabilis sit, a Sancto est Spíritu prophetátus, promíssus ab Angelo, laudátus a Dómino, et perpétua sanctæ mortis glória consecrátus. Decebat namque, ut mysticam nativité ejus mirabilis vita sequeretur, et sanctam perfectamque vitam mors Deo devótá conclideret. Propodit historía, multa miraculorum sublimitate resplúget: quia nimirum decebat, ut ille, quo major infirmitatis ejus lætíssima fe-

stivitate concélebrat, qui æterna mortalibus adesse gáudia, stupénti mundo testis fidelíssimus revelávit.

**R.** Innuébant patri ejus, quem vellet vocári eum: et póstulans pugillárem, scripsit, dicens: \* Joáñes est nomen ejus. **V.** Apértum est os Zachariæ, et prophetávit, dicens, Joáñes. Glória Patri. Joáñes.

#### In III Nocturno

Léctio sancti Evangelíi secundum Lucam

Lectio vii Cap. 1, 57-68

**E**lisabeth implétum est tempus pariéñdi, et péperit fílium. Et audierunt vicini et cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, et congratulábantur ei. Et reliqua.

Homília sancti Bedæ Venerábilis Presbýteri

#### In Nativitate S. Joannis

**P**ræcursóris Dómini Nativitas, sicut sacratíssima lectiónis evangelicæ prodit historía, multa miraculorum sublimitate resplúget: quia nimirum decebat, ut ille, quo major infirmitatis ejus lætíssima fe-

surrexit, majore præ ceteris sanctis in ipso mox ortu virtutum jubare clarésceret. Senes ac diu infécundi parentes dono nobilíssimæ prolis exsultant, ipsi patri, quem incredulitas mutum reddiderat, ad salutándum novæ præconem grátiae os et lingua reserátur. Nec solum factus Deum benedicéñdi restitúitur, sed de eo étiam prophetáñdi virtus augétur.

**R.** Præcursor Dómini venit, de quo ipse testatur: \* Nullus major inter natos mulierum Joáñe Baptísta. **V.** Hic est enim Prophéta, et plus quam Prophéta, de quo Salvátor ait. Nullus.

#### Lectio viii

**U**nde mérito sancta per tot beatórum márytrum victórias, quibus ingréssum regni cælestis meruérunt, frequéntat, hujus tantummodo post Dóminum étiam nativitátis diem celebráre consuevit. Quod nullátenus sine evangelicæ auctoritáte in consuetudinem venisse credéndum est: sed attentius ánimó reconcéñdum, quia, sicut nato Dómino pastó-

ribus appárens Angelus ait: Ecce, evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus: ita étiam Angelus nascitúrum Zachariæ prædicans Joáñem: Et erit, inquit, gáudium tibi et exsultátio, et multi in nativité ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Dómino.

**R.** Gábiel Angelus apparuit Zachariæ dicens: Nascétur tibi fílius, nomen ejus Joáñes vocabitur: \* Et multi in nativité ejus gaudebunt. **V.** Erit enim magnus coram Dómino, vinum et siceram non bibet. **Et. Glória Patri. Et.**

#### Lectio ix

**J**ure ígitur utriúsque nativitas festa devotíone celebrátur, sed in illius tamquam in Christi Dómini, tamquam in Salvátoris mundi, tamquam in Filii Dei omnipoténtis, tamquam in solis justitiae nativitate, omni populo gáudium evangelizatur. In hujus autem tamquam in præcursóris Dómini, in servi Dei exímii, in lucérnæ ardéntis et lucéntis ex-

órtu gavisúri memorá-  
tur. Hic in spírítu et vir-  
tute Eliæ præcëssit ante  
illum, ut plebem ejus aqua  
baptizans ad suscipiën-  
dum eum, ubi appareret,  
doceret esse perféctam.

**T**e Deum laudámus.

### Pro Commemoratione Octavæ

(si faciendâ sit juxta Rubricas,  
quando Octava S. Joannis  
transgrediatur diem 1 Julii)

#### In I Vesperis

**Ant.** Ingresso Zacharía  
templum Dómini, apparuit  
ei Gábríel Angelus stans  
a dextris altáris incénsi.

**V.** Fuit homo missus a  
Deo. **R.** Cui nomen erat  
Joánes.

#### Oratio

**D**eus, qui præsentem di-  
em honorábilem no-  
bis in beáti Joánnis nati-  
vitate fecisti: da pópulis  
tuis spirítualium grátiam  
gaudiorum; et ómnium fi-  
délium mentes dirige in  
viam salútis aeternæ. Per  
Dóminum nostrum.

#### Ad Laudes

**Ant.** Apértum est os Za-  
chariæ, et prophetávit di-  
cens: Benedictus Deus Is-  
rael.

**V.** Iste puer magnus co-  
ram Dómino. **R.** Nam et  
manus ejus cum ipso est.

#### In II Vesperis

**Ant.** Puer, qui natus est  
nobis, plus quam Prophéta  
est; hic est enim, de quo  
Salvátor ait: Inter natos  
mulierum non surréxit ma-  
jor Joáne Baptísta.

**V.** Iste puer, ut supra.

Die 3 Julii

### S. Ottonis

**Episcopi et Confessoris**  
Duplex majus (m. t. v.)

In II Vesperis *Visitatio*  
B. M. V. sít Com. S. Ep. et  
Conf.:

**Ant.** Sacérdos et Pónti-  
fex, et virtútum ópifex,  
pastor bone in populo,  
ora pro nobis Dóminum.

**V.** Amávit eum Dómi-  
nus, et ornávit eum. **R.**  
Stolam glóriæ induit eum.

#### Oratio

**D**eus, cujus virtúte beá-  
tus Otto Confessor  
tuus et Póntifex in fide in-  
strúxit et solidávit Pome-  
ranorum gentem: concede  
propítius; ut, qui doctor  
factus est infidélium po-  
púlorum, pro fidélium tuo-  
rum cœtu pius intercé-  
sor exsístat. (Per Dómi-  
num nostrum.)

Deinde *Commemoratio S.*  
*Leonis II Papæ et Conf.:*

**Ant.** Euge, serve bone  
et fidélis, quia in pauca  
hústi fidélis, supra multa  
te constituam, dicit Dó-  
minus.

**V.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et ostendit illi regnum Dei.

#### Oratio

**D**eus, qui beátum Leo-  
nem Póntíficem Sanc-  
tórum tuórum méritis co-  
æquásti: concede propítius;  
ut, qui commemoratió-  
nis ejus festa percólimus,  
vitæ quoque imitémur ex-  
émpla. Per Dóminum.

In I Nocturno, si dicende  
sint de Communi, *Lectiones*  
fidélis sermo, de *Communi*  
*Confessoris Pontificis.*

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**P**omeranorum Apósto-  
lus Otto, in Suevia  
natus, duxit originem ex  
família ingénua, claritate  
quidem nobili, in ópiibus  
autem mediocri. Percúrsus  
litterarum stúdiis in Poló-  
niam pérégre vadens, lin-  
gua illius terræ appre-  
hensa, scholam puerorum  
rexit. Ascétus est in aulam  
Polóniæ ducis, qui eum le-  
gátum misit ad Henricum

imperatórem hujus nómi-  
nis quartum, cujus grá-  
tiam ita sibi comparávit,  
ut ad regni cancellárii mu-  
nus vocarétur. Rupérto  
deinde Bambergensi Epí-  
scopo defuncto, ab impe-  
ratóre ecclésiæ viduatæ  
præfécitur, invitus quí-  
dem, propter contentio-  
nem illam, quæ erat tunc  
temporis inter regnum et  
sacerdótiúm, investitúra  
causa. Sine mora itaque  
ad Paschálem Summum  
Póntíficem líttas misit,  
a quo Romam evocátus,  
pedum et ánulum ab im-  
peratóre accéptos, ad Pon-  
tíficis pedes deposuit et  
cúriæ valedixit. Sed re-  
vocátus mandáto Pontí-  
ficis, Anágniæ in ipsa Pen-  
técostes die Episcopús  
consecratur. In episcopá-  
tu præserím extruendis  
et dotándis ecclésiis ac  
monastériis cláruit.

**R.** Invéni David servum  
meum, óleo sancto meo  
unxi eum: \* Manus enim  
mea auxiliábitur ei. **V.**  
Nihil proficiet inimicus in  
eo, et filius iniquitátis  
non nocébit ei. **Manus.**

#### Lectio v

**S**ed, majóra de eo dis-  
ponente providéntia  
divína, factum est, ut Bo-

lesláus, Polóniæ dux, Bambergensẽm Episcopum invitaverit, ut genti Pomeranorum, in tenebris adhuc et umbra mortis sedenti, lumen veritatis ostendere vellet. Qui, accepta Apostolicæ Sedis licentiã, huic gravissimo oneri húmeros devotè applicuit. Et quia fama ferènte audierat, Pomeranos opulentiã suæ terræ fretos Bernárdum Episcopum prædicantem, ob paupertatem suam despèctum ejecisse, Otto studiose procurávit, ut comitatu splendido instructus iter aggrederetur, ut novellæ plantationi sua potius confèrre, quam illorum bona appetere dignosceretur. Per Bohemiam, Silésiam, Polóniam profectus et a Pomeranorum duce honorifice receptus, primo ad castrum Pirissæ, deinde Caminam veniens, cautèla prudentiæ et sermonis lenitate conspicuus, ingenti fructu pópulum catechizat, in mystèriis fidei instruit, præsertim de septem sacramentis dilucide prædicans, plus viginti millia paganorum baptizat. In Julnam, civitatem mag-

nam et fortem, navigio vectus et noctu ducis palatium ingressus, a furtivitate pópulo ad necem quæritur; mane vero primatæ gentis Ottoni promissurunt, se factúros quidquid facerent incolæ Steínæ urbis, quam antiquissimam et nobilissimam esse dicebant. Quibus auditis Episcopus illic adire festinat et Steínensium animos ita lenivit, ut idola confringi paterentur. Conversis etiam Colobèrga et Belgárga oppidis, et templis christiãnis ibi dicatis, post novem mensem apostolicos labores ad suos revertitur.

**R.** Pòsui adjutórium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxilium bitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

#### Lectio vi

**T**riennio deinde in dilectiõis sue Bambergeni moratus, amore novellæ coloniæ suæ flagrans, illam revisere aggreditur per Saxóniam hac vice iter dispòsuit, Norbértum Magdeburgensem Metropolitam salutavit, et civi-

tatis Timinæ ducem et pópulum convertit. Hologástam intromissus cum sociis, fana et delúbra paganorum destrúxit; ad insula habitantes, gentem ferocem ac bárbaram, pèrtere a suis prohibitus, navem ingressus Steínam iterum appulit, cujus utris civis ab jurata fide defecisse cum animi dolore compèrerat. Vocati ad colloquium, Ottónis lenitate devicti respiscunt. Interea vero rex Lothárius ceterique principes Germániæ diuturnam beatituti viri ægre ferèntes absentiam, petèdo mandant, ut Bambergensẽm ecclesiã desiderato suo rēditu recrearet. Itaque calamitatibus et molestiis longæ peregrinationis fortiter toleratis, per decennium adhuc in patria in vinea Dómini excolènda strènuè laboravit. Hora prima diei gèntium Apóstolo sancto Paulo dicatitandem cælo reddidit animam, anno millésimo centésimo trigésimo nono; venerabile corpus vero in montem sancti Michaelis defertur ibique in ecclesiã, quam ipse a funda-

mèntis reedificáverat, requiescit.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus replèta est:

\* Ipse intercedat pro peccatis omnium populórum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna. **Ipse.** Glória Patri. **Ipse.**

*Si hoc Festum ad instar Simplicis redigatur, et de ipso IX Lectio juxta Rubricas sit dicenda, sumi potest sequens*

#### Lectio ix

**P**omeranorum Apóstolus Otto, in Suévia natus, percursis litterarum studiis in Polóniam pègre vadens, lingua illius terræ apprehénsa, scholam puerorum rexit. Ascitus est in aulam Polóniæ ducis, qui eum legátum misit ad Henrícum imperatórem, hujus nóminis quartum, cujus grátiam ita sibi comparávit, ut ad regni cancellárii munus vocarétur. Deinde ab imperatóre ecclesiæ Bambergensis præficitur et litteris sine mora ad Paschálem Summum Pontíficem missis Anagniæ in ipsa Pentecóstes die Episcopus consecratur. In

episcopātu præsertim ex-  
struendis et dotandis ec-  
clésiis ac monasteriis clá-  
ruit. Accepta Apostólice  
Sedis licentia, per Bohē-  
miam, Silésiam, Polóniam  
in Pomerániam profectus,  
primo ad castrum Pirissæ,  
deinde Caminam venit et  
plus viginti millia paga-  
norum baptizát. In Juli-  
nam, civitatem magnam et  
fortem, navigio vectus, a  
furēte pópulo ad necem  
quæritur. Stetinensium  
animos ita lenivit, ut idóla  
confringi paterentur. Con-  
versis étiam Colobérge et  
Belgárda óppidis post  
novem mēnsium apostóli-  
cos labóres ad suos rever-  
titur. Triénnio deinde in  
diocēsi sua Bambergēsi  
morátus, novellam coló-  
niam revisere aggreditur.  
Civitátis Timinæ ducem  
et pópulum convertit. Ho-  
logástam intromissus cum  
sociis, fana et delibéra pa-  
ganórum destruxit. Na-  
vem ingrēssus Stefnam  
íterum appulit, cuius ur-  
bis cives ab jurata fide  
defecisse compérat. Vo-  
cáti ad colloquium, Ottó-  
nis lenitate devicti resi-  
piscunt. Deinde calamitatibus  
et moléstis longæ  
peregrinaciónis fórtiter to-

lerátis, per decénium ad-  
huc in pátria in vinea Dó-  
mini excolēnda strenue la-  
borávit. Cælo réddidit ani-  
mam anno millésimo cen-  
tésimo trigésimo nono.  
Te Deum laudámus.

### In III Nocturno

Lectio sancti Evangélii  
secundum Lucam

### Lectio vii Cap. 11, 33-36

In illo tempore: Dixit  
Jesus discipulis suis:  
Nemo lucernam accendit  
et in abscondito ponit ne-  
que sub módio, sed supra  
candelábrum, ut, qui in-  
grediuntur, lumen videant.  
Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi

### Lib. 7 Comm. in Luc. c. 11, post initium

Quia in superioriibus Ec-  
clésiám synagoga  
prætulit, hortátur nos, ut  
fidem pótius nostram ad  
Eclésiám transferámus.  
Lucérna enim fides est,  
juxta quod scriptum est:  
Lucérna pédibus meis ver-  
bum tuum, Dómine. Ver-  
bum enim Dei fides nostra  
est: Verbum Dei lux est.  
Lucérna est fides. Erat  
lux vera que illuminat  
omnem hóminem veni-  
tem in hunc mundum. Lu-

cérna autem lucére non  
potest, nisi aliunde lumen  
acceperit.  
R. Amávit eum Dómi-  
nus, et ornávit eum: sto-  
lam glóriæ induit eum,\*  
Et ad portas paradisi co-  
ronávit eum. V. Induit  
eum Dóminus lorícám fí-  
dei, et ornávit eum. Et.

Pro S. Leone:

### Lectio ix

Leo secundus, Siculus,  
humánis et divinis lí-  
teris Græce et Latine doc-  
tus, músicis étiam erudi-  
tus fuit; ipse enim sacros  
Hymnos et Psalmos in  
Ecllésia ad concénium  
meliórem redúxit. Probá-  
vit acta sextæ Synodi,  
quæ, præsidéntibus legá-  
tis Apostólicæ Sedis, Con-  
stantinópoli celebráta est;  
quam et in Latínium tráns-  
tulit. In eo Concilio Cy-  
rus, Sérgeus et Pyrrhus  
condemnati sunt, unam  
tantúmmodo voluntatem  
et operatiónem in Christo  
prædicántes. Vere pater  
páuperum fuit; non enim  
pecúnia solum, sed ópe-  
ra, labóre et consiliis egén-  
tium viduarum et pupilló-  
rum inópiam et solitúdi-  
nem sublevábat. Obdor-  
mivit in Dómino mense  
sui pontificátus undécimo,  
quinto Nonas Julii, anno  
sexcentésimo octogésimo  
tértio, sepultusque est in  
basílica sancti Petri.

Te Deum laudámus.



## Ad Laudes

**V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Ad Bened. Ant.** Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

## Oratio

**D**eus, cujus virtúte beátus Orto Confessor tuus et Póntifex in fide instrúxit et solidávit Pomeranórum gentem: concede propítius; ut, qui doctor factus est infidélum populórum, pro fidélum tuórum cœtu pius intercessor existat. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Leonis II Papæ et Conf.:

**Ant.** Sacérdos et Póntifex, et virtútum óptifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dóminum.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

## Oratio

**D**eus, qui beátum Leónem Pontíficem Sanctorum tuórum méritis coæquásti: concede propítius; ut, qui commemoratió-

nis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exéempla. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Octavæ Ss. Apostolorum:

**Ant.** Gloriósi Príncipes terræ, quomodo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte non sunt separáti.

**V.** In omnem terram exívit sonus eórum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eórum.

## Oratio

**D**eus, qui hodiernam dilecti Apostolorum tuórum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclesiæ tuæ, eórum in omnibus sequi præceptum; per quos religionis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Vesperæ a Capitulo de sequenti Festo cum Commemorationibus ut infra.

Die 4 Julii

Commemoratio  
Omnium Sanctorum  
Summorum Pontificum

Duplex majus

Quando I Vesperæ dicenda sunt integræ. Antiphonæ erunt de Laudibus 41\*. Psalmi ut in I Vesperis de Comuni Apostolorum.

## Oratio

**D**eus, qui pópulis tuis indulgentia consulis et amóre domináris: da spíritum sapiéntiæ, suffragantibus méritis Antístítum Ecclesiæ tuæ, quibus dedisti régimen disciplinæ; ut de profectu sanctorum óvium, fiant gáudia æterna pastórum. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S.

Ottonis:

**Ant.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

**V.** Justum et Oratio Deius, cujus, ut supra ad Laudes 34\*.

Deinde Commemoratio S. Udalrici Ep. et Conf.:

**Ant.** Sacérdos et **V.** Amávit eum, ut supra 34\*.

## Oratio

**D**eus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtúte subsistimus: concede propítius; ut, intercessióne beáti Udalrici Confessoris tui atque Pontíficis, contra ómnia adversa muniamur. (Per Dóminum.)

## In I Vesperis

Capít. Hebr. 13, 7

**F**ratres: Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intúentes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

## Hymnus

**R**ex glorióse Præsulum, Coróna confitentium, Qui respuéntes térrea Perdúcis ad cælestia.

**A**urem benignam prótinus

Appóne nostris vóciibus: Trophæa sacra pángimus,

Ignóscé quod deliquimus.

**T**u vincis in Martyribus, Parcéndo Confessoribus: Tu vince nostra crimina, Donándo indulgentiam.

\*Deo Patri sit glória,

Ejúsque soli Filio,

Cum Spíritu Paráclito,

Et nunc, et in perpétuum. Amen.

**V.** Exáltent eos in ecclesiá plebis. **R.** Et in cathédra seniórum laudent eos.

**Ad Magnif. Ant.** Sacerdótes Dei, \* benedicite minum: servi Domini, hymnum dicite Deo, alleluja.

Postea Commemoratio S. Leonis II Papæ et Conf.:

**Ant.** Dum esset Summus Póntifex, terræna non méruit, sed ad cælestia regna gloriosus migrávit.

**V.** Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

#### Oratio

**D**eus, qui beátum Leónem Pontíficem Sanctorum tuorum méritis coequásti: concède propitiis; ut, qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitæ quoque imitémur exépla. (Per Dóminum.)

Postremo Commemoratio Octavæ Ss. Apostolorum:

**Ant.** Petrus Apóstolus, et Paulus Doctor Génitium, ipsi nos docuerunt legem tuam, Dómine.

**V.** Constitúes eos príncipes super omnem terram. **R.** Mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

#### Oratio

**D**eus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclesiæ tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum; per quos religionis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Completorium de Feria.

### Ad Matutinum

**Invit.** Christum Príncipem Pastórum \* Venite, adorémus.

#### Hymnus

**T**érna Christi múnera, Et glóriam Pontíficum,

Laudes canéntes débitas, Lætis canámus méntibus.

Ecclesiárum príncipes, Belli triumpháles duces, Cælestis aulae mílites, Et vera mundi lúmina.

Devóta sanctorum fides, Invicta spes credéntium, Perfécta Christi caritas, Mundi triumphat príncipem.

In his Patérna glória, In his volúntas Spíritus, Exsultat in his Fílius, Cælum replétur gáudio, **¶ Sequens Conclusio nunquam mutatur.**

**T**e nunc, Redéptor, quæsumus,

Ut ipsorum consórtio Jungas precántes sérvulos, In sempitérna sæcula.

**Amen.**

**Ant., Ps. et VV. trium Noct. de Comuni Apostolorum.**

#### In I Nocturno

De libro Ecclesiástici

**Lectio i Cap. 44, 1-5**

**L**audemus viros glóriosos, et parentes no-

stros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntia sua a sæculo. Dominantes in potestátibus suis, homines magni virtúte, et prudéntia sua prædíti, nuntiántes in Prophétis dignitatem Prophetarum, et imperántes in præsentí populo, et virtúte prudéntiæ populis sanctíssima verba. In perfúta sua requiréntes modos músticos, et narrántes cámina scripturarum.

**R.** Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum, dicit Dóminus: \* Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes, et simplices sicut colúmbæ. **V.** Dum lucem habétis, crédite in lucem, ut filii lucis sitis. **Estóte.**

**Lectio ii Cap. 44, 6-9**

**H**ómines dívites in virtúte, pulchritúdinis stádium habéntes: pacificantes in dómibus suis. Omnes isti in generatiónebus gentis suæ glóriam adépti sunt, et in diebus suis habéntur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrándi laudes eorum: et sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non

fúerint: et nati sunt, quasi non nati, et filii ipsorum cum ipsis.

**R.** Tóllite jugum meum super vos, dicit Dóminus, et discite a me, quia mitis sum, et húmilis corde: \* Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. **V.** Et invenistéis réquiem animábus vestris, Jugum.

**Lectio iii Cap. 44, 10-15**

**S**ed illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuérunt: cum semine eorum pérmant bona, heréditas sancta nepótes eorum et in testaméntis stetit semen eorum: et filii eorum propter illos usque in ætérnum manent: semen eorum et glória eorum non derelinquétur. Córpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generatióne et generatióne. Sapientiam ipsorum narrent pópuli, et laudem eorum nuntiet Ecclesiá.

**R.** Dum steterítis ante reges et præsídes, nolíte cogitare, quómodo aut quid loquámini: \* Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquámini. **V.** Non enim vos estis, qui loquámini: sed Spíritus Patris vestri, qui loqui-

tur in vobis. Dábitur enim vobis in illa hora, quid loquámini. Glória Patri. Dábitur.

### In II Nocturno

Sermo sancti Bernárdi Abbátis

In Festo S. Malachiae Ep.

#### Lectio iv

**C**ongratulémur, fratres, congratulémur, ut dignum est, Pontificibus nostris: quia et piwm est defunctos plangere, et piwm magis congaudere viventibus. Numquid non vivunt? Et beáte. Nimirum visi sunt óculis insipientium mórti, illi autem sunt in pace. Dénique jam concives Sanctórum et doméstici Dei psallunt páriter, et grátias agunt, dicentes: Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium. Transierunt plane virífiter, et feliciter pertransierunt. Transierunt per ignem et aquam, quos neque tristitia frangere, nec detinere móllia potuerunt.

**R.** Vidi conjunctos viros, habentes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locútus est ad me, dicens: \*Isti sunt viri sancti facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volántem

propter Fílium hóminis. Gaudéte.

#### Lectio vi

**B**enedíctus Dóminus Deus, qui tantórum Pontíficum ministério visitávit plebem suam: et nunc assúptis iis in sanctam civitátem, tantae recordatíone suavitátis nostram non desínit consolári captivitatem. Exsultent in Dómino eórum spíritus, quod leváti póndere corpóreae molis, nulla jam feculénta vel terréna matéria praegravántur, quod minus tota alacritáte ac vivacitáte corpeam transeúntes creaturam, pergant toti in Deum, et adhærétes illi, unus sint cum eo spíritus in aeternum. Domum istam deceat sanctitúdo, in qua tantae frequentátur memória sanctitátis.

**R.** Isti sunt triumphatóres et amici Dei, qui concitátemmés jussa princípum, meruerunt praemia aetérna: \* Modo coronántur, et accipiunt palmam. **V.** Isti sunt, qui venérunt ex magna tribulatione, et lavérunt stolas suas in sáanguine Agni. **Modo.** Glória Patri. **Modo.**

### In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum

Lectio vii Cap. 16, 13-19

**I**n illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philippi, et interrogabat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? Et réliqua.

Homília sancti Leónis Papæ

Serm. 2 in anniv. assumpt. suae, ante medium

**C**um, sicut evangélica lectione reseratwm est, interrogáset Dóminus discipulos, quem ipsius, multis diversa opinántibus, crederent; respondissetque beátus Petrus, dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi; Dóminus ait: Beátus es, Si non Bar Jona, quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est: et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificábo Ecclésiam meam, et portæ inferi non praevalébunt adversus eam, et tibi dabo claves regni caelórum: et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in caelis: et quodcúmque

solveris super terram, erit solutum et in cælis. Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiae gubernacula non relinquit.

**R.** Amavit eos Dominus, et ornavit eos: stolam gloriæ induit eos, \* Et ad portas paradisi coronavit eos. **V.** Induit eos Dominus loriceam fidei, et ornavit eos. **Et.**

#### Lectio viii

**I**n universa namque Ecclesia, Tu es Christus Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit: et omnis lingua, quæ confitetur Dominum, magisterio hujus vocis imbutur. Hæc fides diabolum vincit, et captivorum ejus vincula dissolvit. Hæc erutos mundo, inserit cælo, et portæ inferi adversus eam prævalere non possunt. Tanta enim divinitus soliditate munita est, ut eam neque hæretica unquam corrumpere

prævas, nec pagana poterit superare perfidia. His itaque modis, dilectissimi, rationabili obséquio celebratur hodierna festivitas, ut in persona humilitatis mee ille intelligatur, ille honoretur, in quo

ovibus suis invigilabat; quas etiam irrumpentibus aliquando Hungaris fortiter resistendo precesque fervidas ad Deum fundendo e summo discrimine feliciter liberavit. Ortorem Cæsarem ejusque filium Liudolphum gravissimis inter se dissidentibus odiis reconciliavit. Episcopatus munere per quinquaginta annos digne et sancte functus obiit quinto Nonas Julias, anno incarnationis Domini cæ nongentesimo septuagesimo tertio. A Joanne Papa quintodécimo inter Sanctos relatus est, quæ fuit prima omnino inter omnes canonizationes solennes.

**Te Deum laudamus.**

**Sicubi autem IX Lectio alijus Officij commemorati dicenda non sit, erit sequens**

#### Lectio ix

**C**um ergo cohortationes nostras auribus vestrae sanctitatis adhibere, ipsam vobis, cujus vice fungimur, loqui crederet: quia et illius vos affectu monemus, et non aliud vobis, quam quod docuit, prædicamus: observantes vestrae castam et sobriam vitam in Dei

timore ducatis. Corona mea, sicut Apostolus ait, et gaudium vos estis, si fides vestra, quæ ab initio Evangelii in universo mundo prædicata est, in dilectione et sanctitate permanerit. Nam licet omnem Ecclesiam, quæ in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen præcipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolica petra arce fundatos, et Dominus noster Jesus Christus cum omnibus redemit, et beatus Apostolus Petrus præ omnibus erudit.

**Te Deum laudamus.**

#### Ad Laudes

**Ant. 1** Sancti tui, \* Domine, florébunt sicut lilium, et sicut odor balsami erunt ante te.

*Psalmi de Dominica.*

**2** In cælestibus regnis \* sanctorum habitatio est, et in aeternum requies eorum.

**3** Corpora sanctorum \* in pace sepulta sunt, et nomina eorum vivent in aeternum.

**4** Spiritus et animæ \* justorum, hymnum dicite Deo nostro, alleluja.

5 Fulgebunt iusti \* sicut sol in conspectu Dei.

**Capit.** Hebr. 13, 7  
**F**rateres: Mementote prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intentes exitum conversationis, imitamine fidem.

#### Hymnus

**R**ex gloriose Præsulum,  
 Corona confitentium,  
 Qui respuentes tertia  
 Perditiis ad caelestia.

**A**urem benignam protinus

Appone nostris vocibus:  
 Trophaea sacra pangimus,  
 Ignosce quod deliquimus.  
 Tu vincis in Martyribus,  
 Parendo Confessoribus:  
 Tu vince nostra crimina,  
 Donando indulgentiam.

\*Deo Patri sit gloria,  
 Ejusque soli Filio,  
 Cum Spiritu Paraclyto,  
 Et nunc, et in perpetuum.  
**Amen.**

¶ Justos deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illis regnum Dei.  
**Ad Bened.** **Ant.** Vos estis lux mundi: \* non potest civitas abscondi supra montem posita; neque accendant lucernam, et ponunt eam sub modio, sed

dilexerunt se, ita et in morte non sunt separati.

¶ In omnem terram exiit sonus eorum. **R.** Et in fines orbis terrae verba eorum.

#### Oratio

**D**eus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli Martyrio consecrasti: da Ecclesiae tuae, eorum in omnibus sequi praecipuum; per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum.

**Ad Horas Antiphonae et Psalmi de Peria: ad Primam pro Lectione brevi sumitur Capitulum nonae Obcedite, ut infra.**

#### Ad Tertium

**Capit.** Fratres: Memento, ut supra ad Laudes 42\*.

**R.** br. Laetamini in Domino, \* Et exsultate, iustissimi. **Laetamini.** ¶ Et gloriamini, omnes recti corde. **Et.** Gloria Patri. **Laetamini.** ¶ Exsultent iusti in conspectu Dei. **R.** Et delectentur in laetitia.

#### Ad Sextam

**Capit.** Act. 20, 28

**A**ttempte vobis, et universo gregi, in quos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ec-

clesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

**R.** br. Exsultent iusti \* In conspectu Dei. **Exsultent.** ¶ Et delectentur in laetitia. **In.** Gloria Patri. **Exsultent.**

¶ Justi autem in perpetuum vivent. **R.** Et apud Dominum est merces eorum.

#### Ad Nonam

**Capit.** Hebr. 13, 17

**O**bcedite praepositis vestris, et subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

**R.** br. Iusti autem \* In perpetuum vivent. **Iusti.** ¶ Et apud Dominum est merces eorum. **In.** Gloria Patri. **Iusti.**

¶ Exsultabunt sancti in gloria. **R.** Laetabuntur in cubilibus suis.

#### In II Vesperis

**Ant.**, **Capit.** et **Hymnus de Laudibus 41\*:** **Psalmi ut in I Vesperis de Communi Apostolorum, sed loco ultimi dicitur sequens**

#### Psalmus 131

**M**emento, Domine, David, \* et omnis mansuetudinis ejus: Sicut juravit Domino, \* votum vovit Deo Jacob:

Si introiero in tabernaculum domus meae, \* si ascendero in lectum strati mei;

Si dedero somnum oculis meis, \* et palpebris meis dormitacionem;

Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum Domino, \* tabernaculum Deo Jacob.

Ecce, audivimus eam in Ephrata: \* invenimus eam in campis silvae.

Introibimus in tabernaculum ejus: \* adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Domine, in requiem tuam, \* tu et arca sanctificacionis tuae.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: \* et sancti tui exsultent.

Propter David, servum tuum, \* non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam: \* De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, \* et testimonia mea haec, quae docebo eos:

Et filii eorum usque in saeculum, \* sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: \* elegit eam in habitacionem sibi.

Haec requies mea in saeculum saeculi: \* hic habitabo quoniam elegi eam.

Vidua ejus benedicens benedicam: \* pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutari: \* et sancti ejus exultacione exultabunt.

Illuc producam cornu David, \* paravi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione: \* super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Ant. Fulgebunt justi sicut sol in conspectu Dei.

Y. Elegit eos Dominus sacerdotibus sibi. R. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Ad Magnif. Ant. Dum essent Summi Pontifices, \* terrae non metuerunt, sed ad caelestia regna gloriosi migrarunt.

#### Oratio

Deus, qui populis tuis indulgentia consulis et amore dominaris: da spiritum sapientiae, suffragantibus meritis Antistitum Ecclesiae tuae, quibus dedisti regimen discipli-

nae; ut de profectu sanctorum ovium, fiant gaudia aeterna pastorum. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio S.

Antonii Mariae Zaccariae Conf.:

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

Y. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stolam gloriae induit eum.

#### Oratio

Fac nos, Domine Deus, supereminentem Jesu Christi scientiam, spiritu Pauli Apostoli ediscere; qua beatus Antonius Maria mirabiliter eruditus, novas in Ecclesia tua clericorum et virginum familias congregavit. (Per eundem Dominum.)

Deinde Commemoratio S. Udalrici:

Ant. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

Y. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

#### Oratio

Deus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede pro-

pitius; ut, intercessione beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, contra omnia adversa muniamur. (Per Dominum nostrum.)

Postea Commemoratio Octavae Ss. Apostolorum:

Ant. Petrus Apostolus et Paulus Doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam, Domine.

Y. Constitues eos principes super omnem terram. R. Memores erunt nominis tui, Domine.

#### Oratio

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiae tuae, eorum in omnibus sequi praecipuum; per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum.

Completoarium de Feria.

Eadem die 4 Julii

### S. Udalrici

Episcopi et Confessoris

Duplex

Y. Amavit, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Sacerdos et Pontifex, \* et virtutum optifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

## Oratio

**D**eus, qui cōspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus; concede beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, contra omnia adversa muniamur. Per Dōminum nostrum.

Et fiunt Commemorationes per Rubricas præscriptæ.

In I Nocturno, si dicendæ sint de Communi, Lectiones Fidei sermo, de Communi Confessoris Pontificis.

## In II Nocturno

## Lectio iv

**U**dalricus, excelsa prosapia Alamannorum patre Hupaldo, cōmite de Dillingen et Khyburg, et matre Thietbūrge natus, puer mōnachis sancti Galli traditur educandus. Ibi studio litterarum et virtutum zelo, præsertim castimonie, adeo excelluit, ut coævi „sanc̄tulum“ illum jam abinde cœperint vocitare. In patriam reversus, cognato suo Adalberōni, episcopo Augustano, fidei liter deservit et post ejus mortem bonōrum suorum patrimonialium per quatuordecim fere annos curam gessit. Mōrtuo Hiltino, Adalberōnis successor, Udalricus ab Henrico

primo rege episcopus ecclesie Augustane præficitur.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nichil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. **Manus.**

## Lectio v

**F**actus igitur episcopus, totum se contemplationi dedit et sacre lectioni: interim nihilominus, ut pastor bonus, summa cura ac sollicitudine omnibus suis invigilabat. Quas, tum sapius visitando, tum quibusvis ingruentibus periculis confirmando, adeo nunquam deseruit, ut irrumpentibus aliquando Hungaris fortiter resistendo precæque fervidas ad Deum ex animo fundendo cives suos e summo discrimine feliciter liberaret.

**R.** Posui adjutorium suum per potentem, et exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

## Lectio vi

**C**omponendis discordiis et inimicis reconciliandis operam semper navavit

egrāiam; Ottionem Cæsarem et Liudolphum ejus filium, gravissimis inter se dissidentibus oditis, reconciliavit. Páuperes quotidie mensæ suæ adhibebat contivas. Abstinentia fuit admirabili; in oratione etiam ad multam sæpe plumeo assiduus, lecto plumeo nunquam est usus. Longum est commemorare, quam multa edificavit templa, quantaque per eum Deus contulerit dona. Atque in his piis studiis ac laboribus per quinquaginta annos episcopatus munere digne et sancte functus obiit quinto Nonas Julias, anno Incarnationis Domine nongentesimo septuagesimo tertio. Viginti annis post a synodo Lateranensi, præsidente Joanne Papa quindécimo, inter Sanctos relatus est, quæ fuit prima omnino inter omnes canonizationes solennes. Hujus reliquæ Augustæ Vindelicorum in ecclesia sanctæ Afræ, postea ejus nomine nuncupata, religiosissime servantur, ubi gloriosa ejus mèrita miraculis coruscant.

**R.** Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doc-

trina ejus repléta est: \* Ipsæ intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. **Ipsæ.** Gloriosa Patri. **Ipsæ.**

Si hoc Festum ad instar Simplicis redigatur et de ipso IX Lectio juxta Rubricas sit dicenda, sumi potest Lectio contracta 40\*.

In III Nocturno Homilia in Evangelium. Homo pègre, de Communi Confessoris Pontificis I loco.

## Ad Laudes

**V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Ad Bened. Ant.** Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituit, dicit Dominus.

**Oratio** Deus, qui conspicias, ut supra 46\*.

Et fiunt Commemorationes per Rubricas præscriptæ.

## In II Vesperis

**V.** Justum, ut supra.

**Ad Magni. Ant.** Amavit eum Dominus, \* et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

Et fiunt Commemorationes per Rubricas præscriptæ.

Die 15 Julii

**S. Henrici****Imperatoris, Confessoris***Duplex (ex privil.)*  
(m. t. v.)*Præcedenti die Vesperæ a  
Capitulo de S. Henrico cum  
Commemoratione S. Bona-  
venturæ.*

Die 20 Julii

**Beati Ceslai****Confessoris***Duplex***V.** Amâvit eum Dómi-  
nus, et ornâvit eum. **R.**  
Stolam glóriæ induit eum.**Ad Magnif. Ant.** Simi-  
lâbo eum \* vito sapienti,  
qui ædificâvit domum suam  
supra petram.**Oratio****D**eus, qui beatum Ces-  
lâum, virgineo morum  
candore præditum, et sa-  
lutaris animarum zelo suc-  
censum, in diversis natio-  
num pópulis óperum sanc-  
titate, et fidei propaga-  
tione mirâbilem effecisti:  
præsta, quæsumus; ut ejus  
intercessione simus sem-  
per in fide stâbiles, et ad  
te, qui solus es æternæ  
salutis auctor ac largitor,  
misericordiæ tuæ munere  
pervenire valeâmus. Per  
Dóminum nostrum.*Et fit Commemoratio S.**Vincentii a Paulo Conf.:***Ant.** Hic vir despiciens  
mundum et terræna, trium-  
phans, divitias cælo condi-  
dit ore, manu.**V.** Justum deduxit Dó-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et ostendit illi regnum  
Dei.**Oratio****D**eus, qui ad evangeli-  
zandum pauperibus  
et ecclesiastici ordinis de-  
corem promovendum, bea-  
tum Vincéntium apostolica  
virtute roborasti: præsta,  
quæsumus; ut, cujus pia  
mérita venerâmur, virtú-  
tum quoque instruâmur  
exémplis. (Per Dóminum.)*Deinde Commemoratio S.*  
*Hieronymi Æmiliani Conf.:***Ant.** Euge, serve bone et  
fidélis, quia in pauca sul-  
stí fidélis, supra multa te  
constituam, intra in gau-  
dium Dómini tui.**V.** Os justí meditâbitur  
sapientiam. **R.** Et lingua  
ejus loquetur judicium.**Oratio****D**eus, misericordiârum  
Pater, per mérita et  
intercessiónem beati Hie-  
rónymi, quem órphanis  
adjutorem et patrem esse  
voluisti: concede; ut spi-  
ritum adoptiónis, quo filiitui nominâmur et sumus,  
fidéliter custodiâmus. (Per  
Dóminum nostrum.)*Postea Commemoratio S.**Margaritæ Virg. et Mart.:***Ant.** Veni, Sponsa Chri-  
sti, ácipe coronam, quam  
tibi Dóminus præparavit  
in ætérnum.**V.** Spécie tua et pulchri-  
túdine tua. **R.** Inténde,  
prosperè procede, et regna.**Oratio****I**ndulgéntiam nobis, quæ-  
sumus, Dómine, beata  
Margarita Virgo et Martyr  
imploret: quæ tibi grata  
semper exstítit, et mérito  
castitátis, et tuæ professio-  
ne virtútis. Per Dóminum.*In I Nocturno, si dicendæ  
sint de Communi. Lectiones  
Beatus vir, de Communi  
Conf. non Pontificis 1 loco.***In II Nocturno****Lectio iv****B**eatus Ceslaus, sancti  
Hyacinthi germanus  
frater, e nobilissima Odro-  
vantiorum prosápia, in  
provincia Oppoliénsi dice-  
césis Wratislaviénsis or-  
tus est. Ab ipso ineúntis  
ætatis principio, plúrima  
futuræ sanctitátis indicia,  
et christianarum virtutum  
specimina próditum. Inge-  
nua, qua pollébat, indo-  
les, exímium morum can-dor ac pietas illum omni-  
bus non minus amâbilem  
reddiderunt. Humaniori-  
bus litteris apprime in  
puerítia excúltus, in Itá-  
liam, cum jam adolevisset,  
ab Ivóne, episcopo Cra-  
coviénsi pátruo suo, mis-  
sus est, ut ibi theológiæ  
et jurisprudentiæ óperam  
naváret. Post eménsum in  
Itália studiórum curricu-  
lum, Cracóviam revérsus,  
et ab eodem Ivone cano-  
nicus, et custos Sando-  
mircæ in ecclésia sanctæ  
Mariæ factus, nihil secun-  
dum Deum prius et anti-  
quius habébat, quam ut  
vitam non tantum a cri-  
mínibus, sed etiám a su-  
spicióne criminum unde-  
quaque puram, et inculpá-  
tam dúceret, quo áliis  
præiret exémpló, omnes-  
que christiânas in se ex-  
primeret virtutes, quarum  
amórem córdibus omnium  
insérere summóperè exp-  
tábat.**R.** Honéstum fecit illum  
Dóminus, et custodivit  
eum ab inimicis, et a se-  
ductóribus tutávit illum:  
\* Et dedit illi claritatem  
ætérnam. **V.** Justum de-  
duxit Dóminus per vias  
rectas, et ostendit illi reg-  
num Dei. **Et.**



## Lectio v

**C**um autem omnibus perfecti canonici officiis iugis sollicitudine fungerent, contigit, ut Ivo episcopus, Romam profecturus, eum sibi itineris comitem asciverit. Romam appulsus Ceslaus, fama sanctimonie et miraculorum viri Dei Dominicis, Ordinis Prædicatorum fundatoris, audita, nil cunctatus, impulsus Spiritus Sancti, mundo nuntium remisit, et ab eodem sanctissimo Patriarcha habitum religionis suscepit, in qua tamquam in fertili agro viri, doctrinae magnitudine et vite sanctitate præstantes, numquam alii ex aliis continenter propagari et proseminari desiderant. In ordinem Prædicatorum cooptatus, ita sub disciplina sancti Patris Dominicis profecit, ut tamquam exemplum continentie, frugalitatis et obediencie omnibus proponeretur. In vigiliis, jejuniis, carnis maceratione, orationibus aliisque id genus legum sui Ordinis observationibus ita assidue erat exercitatus, ut verus et omnibus suis numeris absolutus beatissimi

mi Patris Dominicis filius videretur.

**R.** Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam glorie induit eum, Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, et ornavit eum. **Et.**

## Lectio vi

**P**ost exactum tirocinium, zelo flagrans sanctis animarum, a sancto Patriarcha obnixè postulavit, ut ad oras septentrionales, quas in tenebris, et in umbra mortis detinebat infidelitatis error et ignorantia, mitteretur. Voti compos factus, primum Pragam Bohemorum metropolim se contulit, ibique cum uberrimo animarum lucro verbum Dei predicavit, et totam illam urbem in sui admirationem rapuit. Dein totam Silésiam prædicationis causa peditibus circumcurrans, relicto ubique suis errantes veritatem edocuit, virtutum odore, carnales affectus dissipavit, peccatores ad penitentiam pellexit, frigidam hominum pectora divino amore inflammavit, copiosumque fructum in horrea

**In III Nocturno Homilia in Evangelium Designavit Dominus, ut in Communi Evangelistarum cum RR. de Comuni Conf. non Pont.**

**Pro S. Hieronymo Æmiliano:**

## Lectio ix

**H**ieronymus, e gente patricia Æmiliana Venetiis ortus, a prima adulescentia militice addictus, difficillimis reipublice temporibus Castronovo ad Quarum in montibus Tarvisinis præficeretur. Arce ab hostibus capta, ipse in teterrimum carcerem detrudditur, a quo beatissima Virginis ope liberatur. Venetiis cepit pietatis studia impensus colere, puerorum presertim miseris, qui, parentibus orbati, per urbem vagabantur, quos in aedes a se conductas recepit de suo alendos, et christianis moribus imbuendos. Per eos dies Venetias appulerant beatus Cafetanus et Petrus Carafa, postmodum Paulus quartus; qui, Hieronymi spiritu probato, illum in Incurabilium hospitale adduxerunt, in quo orphanos simul educaret et agrorosis inserviret. Mox, eorundem horreatu, in proximum conti-

Domini, ad cuius gloriam iugiter et unico anhelabat, convexit. Dum Tartari Poloniam et Silésiam ferro flammaque devastarent, pie creditum est, Ceslaum, qui sæviente hostium furore in castrum Wratislaviense, una cum aliis Christi fidelibus confugerat, precibus suis, ac lacrimis ad Deum effusis, hanc urbem defendisse. Tandem plenus meritis obiit Wratislaviæ in monasterio sui Ordinis, anno millesimo ducentesimo quadragésimo secundo. Ad eius sepulcrum populus, venerationis erga, certatim confluit, eique cepit exhibere cultum, quem, in Sacra Rituum Congregatione maturo examine pensum, Clemens undecimus Pontifex Maximus approbavit, et ut Officium de beato Ceslao celebraretur, concessit.

**R.** Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: \* Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelstia regna. **Quia. Glória Patri. Quia.**

néntem profectus. Bríxiae primum, deinde Bérgomi atque Novocomi orphanotrophía aliáque pia instituta eréxit. Somáschæ deum subsistens, in humilipago agri Bergoménsis, sedem constituit novæ congregationis, cui propterea a Somáscha nomen factum, quam sanctus Pius quintus approbávit. Tandem contagione, dum ægotántibus inserviret, contracto morbo, annos natus sex et quinquaginta, pro frátribus animam pósuit, anno millésimo quingentésimo trigésimo séptimo.

Te Deum laudámus.

### Ad Laudes

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Bened.** **Ant.** Euge, serve bone \* et fidélis, quia in pauca fuísti fidé-  
lis, supra multa te constituam, infra in gáudium Dómini tui.

### Oratio

**D**eus, qui béatum Cesláum, virgíneo morum candóre prædítum, et salúti animarum zelo succénsum, in diversis natió-

num pópulis óperum sanctitáte, et fidéi propagatíone mirábilem effectísti; præsta, quæsumus; ut ejus intercessíone simus semper in fide stábiles, et ad te, qui solus es æténa salútis auctor ac largitor, misericórdiæ tuæ munere pervenire valeámus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Hieronymi Conf.:

**Ant.** Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stulam glóriæ índuit eum.

### Oratio

**D**eus, misericordiárum Pater, per mérita et intercessionem beati Hierónymi, quem órphanis adiutórem et patrem esse voluísti; concede; ut spirítum adoptiónis, quo filii tui nominámur et sumus, fidéliter custodiámus. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio S. Margaritæ Virg. et Mart.:

**Ant.** Simile est regnum cælórum hómini negotiátóri quærénti bonas margarítas: invénta una pretiosa, dedit omnia sua, et comparávit eam.

**V.** Diffúsa est grátia in lábilis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

### Oratio

**I**ndulgéntiam nobis, quæsumus, Dómine, beata Margarita Virgo et Martyr imploret: quæ tibi grata semper exstítit, et mérito castitátis, et tuæ professione virtútis. Per Dóminum.

### In II Vesperis

**V.** Justum, ut supra.

**Ad Magnif. Ant.** Hic vir despiciens mundum \* et terréna, triúmphans, divitiis cælo cóndidit ore, manu.

Et fit Commemoratio S. Praxedis Virg.:

**Ant.** Veni, Sponsa Christi, áccipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

**V.** Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procéde, et regna.

### Oratio

**F**xáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Praxedis Virginis tuæ festivitáte gaudémus; ita piæ devotíonis erudiámur afféctu. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio S. Hieronymi Conf.:

**Ant.** Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, infra in gáudium Dómini tui.

**V.** Amávit eum, et Oratio Deus, misericordiárum, ut supra ad Laudes 52\*.

Dominica III Augusti

### In Assumptione

B. M. V.

Duplex I classis cum Octava communi

Festum transferitur cum Vigilia et integra sua Octava in Dominicam post .15 Augusti, nisi hic dies ipse cadat in Dominicam.

I die libera  
infra Octavam

Sumuntur Lectiones octo in Breviario pro die 18 Augusti assignatæ.

II die libera  
infra Octavam

Dicuntur Lectiones octo de die 22 Augusti.

Pro

Commemoratione Octavæ

(si faciendâ sit juxta Rubricas, quando Octava Assumptionis transgreditur diem 22 Augusti)

**In I Vesperis**

**Ant.** Virgo prudentissima, quo progrederis, quasi auróra valde rutilans? Fí-lia Sion, tota formósa et suavis es, pulchra ut luna, elécta ut sol.

**V.** Exaltáta est sancta Dei Génitrix. **R.** Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

**Oratio**

**F**amilórum tuórum, quæsumus, Dómine, delictis ignosce: ut, qui tibi placére de áctibus nostris non valémus; Genitricis Fílii tui, Dómini nostri intercessióne salvémur: Qui tecum vivit et regnat.

**Ad Laudes**

**Ant.** Quæ est ista, quæ ascéndit sicut auróra consurgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta?

**V.** Exaltáta est sancta Dei Génitrix. **R.** Super choros Angelórum ad cæléstia regna.

**In II Vesperis**

**Ant.** Hódie María Virgo cælos ascendit: gaudéte, quia cum Christo regnat in ætérnum.

**V.** Exaltáta, ut supra.

**Die 16 Augusti****S. Hyacinthi Confessoris**

**Duplex II classis (ex privili)**  
Si de hoc Festo in I Vesperis facta fuerit tantum Commemoratio vel, si transferatur Festum m. t. v.

Omnia ut in Communi Conf. non Pont. præter ea, quæ in Breviario die 17 Augusti habentur propria.

In I Nocturno Lectiones  
Beatus vir, de Communi,  
Vesperæ de sequenti cum  
Commemoratióne S. Hyacinthi Conf. tantum.

**Die 17 Augusti****S. Joachim Patris B. M. V. Confessoris****Duplex II classis**

Ut in Breviario die 16 Augusti cum Commemoratióne S. Laurentii Mart. (ut in Breviario 17 Augusti).

**Die 18 Augusti****S. Rochi Confessoris**

Semiduplex (m. t. v.)

In II Vesperis præcedenti Festi fit Com. de S. Confessoris:

**Ant.** Similábo eum viri sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stulam glóriæ induit eum.

**Oratio**

**P**ópulum tuum, quæsumus, Dómine, continúa pietáte custodi: et beati Rochi suffragántibus méritis, ab omni fac animæ et córporis contagióne securum. Per Dóminum.

In I Nocturno, si dicendæ sint de Communi, Lectiones  
Beatus vir, de Communi Conf.  
non Pontificis 1 loco.

**In II Nocturno****Lectio iv**

**R**ochus, in Monte Persuláno natus, quanta in próximum caritáte flagraret, tum máxime osténdit, cum, sævíssima peste longe latéque per Italiam grassánte, pátria relictá, Italicam peregrinatiónem suscepit, urbésque et ópida pèragrans, seipsum in ægrótántium obsequium impèndere, animámque suam pro fratribus pónere non dubitávit. Quod beátiviri stúdiúm quam gratum Deo fuerit, miris nationibus declarátum est. Complures enim pestilentia inféctos et mortis periculo signo crucis eripuit, et intégræ sanitáti restituit. In pátriam reversus,

virtútibus et méritis dives, sanctíssime óbiit, ejúsque óbítum statim subsecúta est venerátió fidélium, quæ in Constantiénsi deinde concilio magnum recepit dicitur incrementum, cum ad propulsándam ingruentem luem Rochi imago solémni pompa, omni comitánte pópulo, per eandem civitátem, episcopis approbántibus, est delata. Itaque ejus cultus mirífice propagátus, et múltæ civitates eundem sibi apud Deum adversus contagiósam luem patrónum religiosó stúdio adoptáverunt.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a sectóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Ex Tractátu sancti Augustíni Episcopi in Epístolam Joánnis

Tract. 5 in cap. 3, n. 4

**Lectio v**

**P**erfécta ista caritas est, ut parátus sis mori pro fratre. Hanc ipse Dóminus in se exhibuit, mórtuus pro ómnibus, orans pro eis

a quibus crucifigebatur, et dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed, si solus hoc fecit, non erat Magister, si discipulos non habebat. Si quis tantam habuerit caritatem, ut paratus sit pro fratribus etiam mori, perfecta est in illo caritas. Sed numquid mox, ut nascitur, iam prorsus perfecta est? Ut perficiatur, nascitur; cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, corroboratur; cum fuerit corroborata, perficitur; cum ad perfectionem venerit, quid dicit? Mihi vivere Christus est, et mori lucrum. Optatum est, et esse cum Christo; multo enim magis optimum: manere in caritate necessario propter vos. Propter eos volebat vivere, pro quibus paratus erat mori.

**R.** Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolum gloriæ induit eum, Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, et ornavit eum. **Et.**

**Lectio vi**

Tract. 6 in cap. 3, n. 1

**H**æc est perfectio caritatis, et major omnino non potest inveniri. Sed

quia non in omnibus perfecta est, et desperare non debet in quo perfecta non est, si jam nata est que perficiatur: et utique, si nata est, nutrienda est, et quibusdam suis nutrimentis ad perfectionem propriam perducenda. Quoniam visus inchoationem caritatis unde incipiat, et ibi continuo invenimus: quis habet facultates mundas, et viderit fratrem suum egentem, et clamaverit viscera sua adversus eum, quomodo dilectio Patrie manet in illo? Ergo hinc incipit ista caritas, fratrem, ut de suis superfluis tribuat egenti, in angustiis aliquibus constituto; ex eo quod sibi abundat secundum tempus, a tribulatione temporali liberet fratrem. Hinc exordium est caritatis. Hanc ita copiam, si verbo Dei et spe future vite nutritis, perveniet ad illam perfectionem, ut paratus sis ad vitam tuam ponere pro fratribus tuis.

**R.** Iste homo perfecit omnia que locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: \* Quia te vidi justum et ram me ex omnibus genti-

**V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. **Quia. Glória Patri. Quia.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Nolite timere, de eodem Communi 2 loco.

Lectur IX Lectio de S. Agapito Mart., ut in Breviario.

**Ad Laudes**

**V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

**Ad Bened. Ant.** Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

**Oratio**

**P**opulum tuum, quæsumus, Domine, continua pietate custodi: et beati Rochi suffragantibus munitis, ab omni fac animæ et corporis contagione securum. Per Dominum nostrum.

(Et fit Com. Oct. Assumptio- nis B. M. V., quando occurrit, ut supra 54\*.)

Deinde Commemoratio S. Agapiti Mart.:

**Ant.** Qui odit animam suam in hoc mundo, in vi-

tam æternam custodit eam.

**V.** Justus ut palma florabit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

**Oratio**

**L**ætetur Ecclesia tua, Deus, beati Agapiti Martyris tui confisa suffragiis: atque, ejus precibus gloriosis, et devota permaneat, et secuta consistat. Per Dominum nostrum.

Vesperæ de sequenti. Commemoratio S. Rochi:

**Ant.** Hic vir despicens mundum et terræna, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu.

**V.** Justum et Oratio Populum tuum, ut supra.

(Et fit Com. Oct. Assumptionis B. M. V., quando occurrit, ut supra 54\*.)

Die 25 Augusti

**In Translatione**

**S. Hedwigis**

Ducis, Patronæ Silesiæ, Viduæ

Duplex majus

In II Vesperis S. Bartholomæi Apostoli fit Commemoratio Festi:

**Ant.** Regnum mundi et omnem ornatum sæculi

Vita eius dno 13. In *Apollin* *Script. var. Fel.*  
Et II (1839) *Jungnick C. 1802.*

contempsit propter amorem Domini mei Jesu Christi, in quem credidi, quem dilexi.

*V.* Os suum aperuit sapientiae. *R.* Et lex clementiae in lingua ejus.

*Oratio*

**D**a nobis, quæsumus, omnipotens Deus, in te semper gloriari: et concede propitius; ut, qui beatæ Hedwigis Translatio- nis diem annua devotione veneramur, ipsius adjuti suffragio, tuam gratiam consequamur. (Per Domini- num nostrum.)

*Deinde fit Commemoratio S. Ludovici Regis, Conf.:*

*Ant.* Similabo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram.

*V.* Amavit eum Dominus, et ornavit eum. *R.* Stulam gloriæ induit eum.

*Oratio*

**D**eus, qui beatum Ludovicum Confessorem tuum de terræno regno ad cælestis regni gloriam transtulisti: ejus, quæsumus, meritis et intercessione; Regis regum Jesu Christi, Filii tui, facias nos esse consortes: Qui tecum vivit et regnat.

*In II Nocturno*

*Lectio iv*

**I**nvalescente infirmitate sanctæ Hedwigis, ipsius filia Gertrudis, Abbatisa Trebnicensis, ab ipsa sciscitatur, ubi eligeret sepul- turam. At illa, quæ dudum omnem fugerat pompam, ex humilitate sincera re- sponsit: In communi co- meterio sepeliri desidero. Filiam autem, in hoc non consentientem intelligens, dixit: Si omnino in eccle- sia decreveritis me sepeli- re, ante altare beati Joan- nis Evangelistæ meum corpus deponite. Coram dicto altari namque sepul- ti jacébant quidam puéruli nepotulini, quorum amans innocentiam, eorum quo- que sequi vóluit sepul- crum. Sed ut in apertiore quodam loco sacrum cor- pus quiesceret et multitu- do fidelium ipsum visitan- tium commodius accederet possset, ante altare beati Petri Apostoli repositum est.

*R.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et justifi- cam: \* Et deducet te mira- biliter dextera tua. *V.* Spé- cie tua et pulchritudine tua intende, prospere pro- cede, et regna. *Et.*

*Lectio v*

**C**anonizatione beatæ mu- lieris anno millesimo biscentésimo sexagésimo séptimo peracta et nuntiis de cûrta cum lætitia revê- sis, nepos ejus Wladslâus, Archiepiscopus Salisbur- gënsis, fundamenta jecit capellæ cuiusdam ad me- ridionalem partem eccle- siæ edificandæ, in quam reliquæ matris transfe- rentur. Eodem adhuc anno pium opus perfectum est et die vigésima quinta mensis Augusti festivitas translationis sollemnissime est acta, quam principes et dômini sæculares sicut etiam prælati et rectôres ecclesiarum cum multitu- dine fidelium præsentia sua decorabant. Inclÿtus namque rex Bohemorum Ottocârus, duces omnes Silesiæ et plures Poloniæ áderant, quorum tentoria mira varietate colorum et structuræ ornabant cam- porum plantiem.

*R.* Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: \* Prop- terea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ. *V.* Prop- ter veritatem, et mansue- tudinem, et justitiam. *R.* Propterea.

*Lectio vi*

**C**oram honorabilibus dô- minis Nicolâo Abbate Lubénsi et Mauritio Cami- nicensi apërta est tumba, et cum sacri corporis ossa levata essent de terra, con- stumptis carnibus et mem- brorum compage soluta, tres dígiti sinistræ manus inventi sunt integri, refi- nentés beatæ Virginis Ma- riæ imaginem parvulam, quam cum viveret, secum frequenter portaverat et quæ cum defuncta erat tu- mulata. Cum lûminum in- numerabilium splendôre, quæ ad Dei laudem et be- atæ Hedwigis honorem ac- cœnsa erant, translâtæ sunt venerabiles sanctæ ducis- sæ reliquæ ad illam capel- lam, artis ôpera et struc- turæ splendôre decoratam, ad quam hodiedum fidèles cónfluent turbæ, suffragiis clarissimæ principis et Si- lesiæ nostræ gloriôsæ pa- trônæ fiducialiter se com- mendantes.

*R.* Fallax grátia, et vana est pulchritudo: \* Mûlier timens Deum, ipsa lauda- bitur. *V.* Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis ôpe- ra ejus. *Mûlier.* *G*loria Pa- tri. *Mûlier.*

In III Nocturno Homilia in Evangelium Simile est regnum cælorum thesauro, de Communi non Virginum.

Pro S. Ludovico:

Lectio ix

**L**udovicus nonus, Galliæ rex, in Blanchæ matris sanctissimâ disciplinâ educatus, pro recuperanda possessione Jerosolymorum mare cum ingenti exercitu trajiciens, primo prælio Saracenos fugavit. Sed, cum magna militum multitudo ex pestilentia perisset, victus ipse captusque est. Rebus compositis, liber dimittitur. Plurimos in Oriente Christianos a barbarorum servitute redemit, multos etiam infidèles ad Christi fidem convertit. In Galliam reversus, multa edificavit monasteria et pauperum hospitia; beneficentia egenes sublevabat; frequens visébat agròtos, eisque ministrabat; vestitu vulgari utebatur, cilicio ac ieiunio corpus assidue affligébat. Cum iterum transmississet, bellum Saracenis illaturus, jamque castra in eorum conspectu posuisset, pestilentia decessit in illa oratione: Introibo in

domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nòmini tuo, Te Deum laudamus.

Ad Laudes

**V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

**Ad Bened. Ant.** Tu honorificèntia pòpuli nostri, \* quæ fecisti viriliter, quia manus Dòmini confortavit te.

Oratio

**D**a nobis, quæsumus, omnipotens Deus, in te semper gloriari: et concede propitius; ut, qui beatae Hedwigis Translationis diem annua devotione veneramur, ipsius adiuti suffragio, tuam grâtiâ consequamur. Per Dòminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Ludovici Regis, Conf.:

**Ant.** Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Dòmini tui.

**V.** Justum deduxit Dòminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

**D**eus, qui beatum Ludovicum Confessorem tuum de terrèno regno ad cælèstis regni glóriam transtulisti: ejus, quæsumus, mèritis et intercessionè; Regis regum Jesu Christi, Filii tui, faciâs nos esse consòrtes: Qui tecum vivit et regnat.

In II Vesperis

**V.** Elégit eam Deus, et praelégit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

**Ad Magnif. Ant.** Hedwigis sancta inelyta, \* in cælèsti cùria coronata, nos post hoc exsiliùm fac habere cæli gaudium.

Et fit Commemoratio S. Zephyrini Papæ et Mart.:

**Ant.** Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non tímuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

**V.** Glória et honóre coronasti eum, Dòmine. **R.** Et constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Oratio

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut beatus Zephyrini Martyris tui num.

atque Pontificis, cujus gaudemus mèritis, instruamur exemplis.

Deinde Commemoratio S. Ludovici:

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terrèna, triumphans, divitias cælo contulit ore, manu.

**V.** Justum et Oratio Deus, qui beatum Ludovicum, ut supra.

Die 29 Augusti

In Decollatione

S. Joannis Baptistæ

Duplex II classis  
(ex privil.)

Omnia ut in Breviario, sed in I Vesperis Commemoratio S. Augustini tantum, in II Vesperis Commemoratio S. Rosæ tantum.

Die 1 Septembris

Beatæ Bronislavæ

Virginis  
Duplex

**V.** Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Intènde, prospere procéde, et regna.

**Ad Magnif. Ant.** Veni, Sponsa Christi, \* áccipe coronam, quam tibi Dòminus præparavit in ætèrna.

## Oratio

**D**ómine Jesu Christe, qui in húmili crucis tuæ sequela ascensionis ad te disposuisti: concede propitius; ut exemplo beate Bronislaviae, cujus venerandam celebráramus festivitatem, post præsentis vitæ ærúmnas glóriæ tuæ participes esse mereámur: Qui vivis et regnas.

*Et fit Commemoratio S. Raymundi Confessoris:*

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terræna, triumphans, divitias cælo cõndidit ore, manu.

**V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

## Oratio

**D**eus, qui in liberandis fídelibus tuis ab inimiciorum captivitate beatum Raymundum Confessorem tuum mirabilem effectisti: ejus nobis intercessione concede; ut a peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita, libenter mentibus exsequámur. (Per Dóminum nostrum.)

*Deinde Commemoratio S. Aëgridii Abbatis:*

**Ant.** Similábo eum viro sapienti, qui edificávit domum suam supra petram.

**V.** Amávit eum Dómi-

nus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

## Oratio

**I**ntercessio nos, quæsumus, Dómine, beati Aëgridii Abbátis commendet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur.

*Postea Commemoratio S. duodecim Fratrum Martyrum:*

**Ant.** Istórum est enim regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in sángine Agni.

**V.** Lætámini in Dómino et exsultate, justí. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

## Oratio

**F**raterna nos, Dómine, Mátyrum tuórum córona lætificet: quæ et fidei nostre præbeat incrementum virtútum, et multiplicet nos suffrágio consolétur. Per Dóminum nostrum.

*In I Nocturno, si dicenda sint de Communí, Lectiones de virginibus, de Communí Virginum 1 loco.*

## In II Nocturno

## Lectio iv

**B**ronislavia, patre Stanislaó, domo Prandótum Odrovácii, matre Anna, nóbili Griffónum géne-

re, rure Kámien in Diocæsist Wratislaviénsi orta, cum adhuc sextum decimum ætatis suæ numeráret annum, contemptis mundi deliciis, spreftisque vitæ mollióris oblectamentis, exéplum consobriini sui sancti Hyacinthi imitáta, Cracoviae in monasterio Zwierzynecénsi Ordinis Præmonstratensis, totam se Deo dicávit. Ibi perfectæ regulárum custodiæ incumbens, eorum, quæ Dei sunt, únice sollicita, usus consuetudinisque non sæcularium modo, sed et sodálíum pertæsa, assidue orationi et Domínice passiónis meditatióni ánimum alácríter applicuit. Humilitatem ádeo adamávit, ut ad sórorum pedes provoluta, conculari se, plenum miseriis púlverem, postuláret. Corpius vigiliis, flagellis, ciliciis ita exércuit, ut illius castigatiónes femine sexus excederent debilitatem.

**R.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: \* Et deducet te mihi rahiliter dextera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua inténde, prospere procéde, et regna. **Et.**

## Lectio v

**H**is aliisque virtútibus, cum sanctitate magis, quam ætate crevisset, multasque soróres ad meliorem frugem revocasset: donis étiam supernaturalibus est cumuláta. Solitúdinis amóre flagrans, monachem Sirkórník, prope asceterium pósitum, frequenter adibat, quóniam claustræ légitibus sanctimóniales nondum adigebántur; ductisque annis supra quadraginta in perfectiõe vitæ ibidem sancto sine quiete assens, parátum a Christo præmium promérui. Ejus corpus in ecclésiám sui monasterii translátum, et prope altare majus eleváto in loco compositum, diu mansit ignótum, donec extraordinário modo anno milésimo sexcentésimo duodécimo repértum, et successivé de altári in altare collocátum, públicæ páuit veneratióni, quæ majus de die in diem ob cælestia beneficicia, præsertim præservatiónis a lue, suscépti incrementum. Hujusmodi cultum in Sacrórum Rituum Congregatiõe rite probátum, Gregórius decimus sextus confirmávit, ac præsens festum toti

Cracoviensi diocēsi, iis-  
dēque monialibus Præ-  
monstratēnsibus concessit;  
quem favorem Pius hujus  
nominis nonus, Pōntifex  
Māximus, séptima Febru-  
arii anni millēsimi octin-  
gētesimi quinquagēsimi  
primi ad diocēsim Wra-  
tislaviensem benigne ex-  
tēdit.

**R.** Dilexisti justitiam, et  
odisti iniquitatem: \* Prop-  
tērea unxit te Deus, De-  
us tuus, oleo lætitiæ. **V.**  
Propter veritatem, et man-  
suetudinem, et justitiam.  
Proptērea.

Sermo sancti Māximi

Episcopi

In Natali sancte Agnetis

Lectio vi

**C**um in toto mundo vir-  
gineus flos Mariæ im-  
marcescibiles coronas in-  
necat, et sceptrigeram  
pudoris aulam immaculā-  
to conservet affectu, eo-  
usque intégritas perseve-  
ravit ad palmam, ut in  
puellis trophæum sanctitā-  
tis arriperet, et per vesti-  
gia Matris Virginis ad cæ-  
lestem thalamum perveni-  
ret. O quam imitabile vir-  
ginibus, virgo Bronislavia,  
amoris tradidisti exem-  
plum! O quam sanctum  
pectoribus dandum virgi-

una pretiosa, dedit omnia  
sua, et comparavit eam.

Oratio

**D**omine Jesu Christe, qui  
in humili crucis tue  
sequela ascensionis ad te  
disposuisti: concede pro-  
pitiis; ut exemplo beatæ  
Bronislaviæ, cujus vene-  
randam celebramus festi-  
vitatē, post præsentis  
vitæ ærumnas gloriæ tue  
participes esse mereamur:  
Qui vivis et regnas.

**Et fit Commemoratio S.**  
**Ægidii Abbatis:**

**Ant.** Euge, serve bone et  
fidēlis, quia in pauca fuis-  
ti fidēlis, supra multa te con-  
sistam, intra in gaudium  
Dōmini tui.

**V.** Justum deduxit Dō-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

**I**ntercessio nos, quæsu-  
mus, Dōmine, beati  
Ægidii Abbatis commēn-  
det: ut, quod nostris mē-  
ritis non valēmus, ejus pa-  
trōcinio assequamur.

**Deinde Commemoratio Ss.**  
**duodecim Fratrum Mm.:**

**Ant.** Vestri capilli capi-  
tis omnes numerati sunt:  
nolite timere: multis pas-  
sibus meliores estis vos.  
**V.** Exsultabunt Sancti

in glória. **R.** Lætabuntur  
in cubilibus suis.

Oratio

**F**raterna nos, Dōmine,  
Martyrum tuorum co-  
rōna lætificet: quæ et fidei  
nostræ præbeat incremen-  
ta virtutum, et multiplici  
nos suffragio consolētur.  
Per Dōminum nostrum.

In II Vesperis

**V.** Diffusa est grātia in  
labiis tuis. **R.** Proptērea  
benedixit te Deus in ætē-  
num.

**Ad Magnif. Ant.** Veni,  
Sponsa Christi, \* accipe  
corōnam, quam tibi Dō-  
minus preparavit in ætē-  
num.

**Et fit Commemoratio S.**  
**Stephani Regis, Conf.:**

**Ant.** Similabo eum viro  
sapienti, qui ædificavit do-  
mum suam supra petram.

**V.** Amavit eum Dōmi-  
nus, et ornavit eum. **R.**  
Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

**C**oncede, quæsumus, Ec-  
clesiæ tuæ, omnipo-  
tens Deus: ut beatum Sté-  
phanum Confessorem tu-  
um, quem regnantem in  
terris propagatorem há-  
bit, propugnatorem há-  
bere mereatur gloriōsum  
in cælis. Per Dōminum.



## ADDENDA ET VARIANDA IN LECTIONE MARTYROLOGII

### JUXTA

KALENDARIIUM WRATISLAVIENSE PROPRIUM

Die 31 Maji

Ponitur primo loco elogium Ss. Cantii et Soctor. Mm.

Die 16 Junii

Ponitur primo loco elogium S. Bennonis Ep. et Conf.

Sabbato ante Dominicam IV m. Junii

Ponitur primo loco elogium Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Titularis Ecclesiæ Metropolitanæ et Patroni principalis Civitatis Wratislaviensis.

Die 3 Julii

Sancti Ottónis Episcopi, cujus natalis pridie hujus diéi recensetur.

Die 4 Julii

Commemoratio Omnium Sanctorum Summorum Pontificum, qui Cathedram sancti Petri tenentes Ecclesiam feliciter rexerunt et quorum plurimi christiana fidei veritatem effuso sanguine comprobarunt.

Et sequitur elogium S. Udalrici Ep. et Conf.

Die 20 Julii

In civitate Wratislaviensi beati Ceslái Confessoris, Ordinis Prædicatorum, qui hábitu religionis ab ipso sancto Patriarcha Dominico accepto per totam Silesiam verbum Dei uberrimo animarum lucro prædicavit et plenus méritis in conventu sui Ordinis obiit.

Sabbato ante Dominicam III m. Augusti

Ponitur primo loco elogium Assumptionis B. M. V.

Die 16 Augusti

Sancti Hyacinthi Confessoris Ordinis Prædicatorum, qui décimo octavo Kalendas Septémbris obdormivit in Dómino.

Die 17 Augusti

Ponitur primo loco elogium S. Joachim, Patris B. M. V., Conf., ut in Martyrologio die 16 Augusti.

Die 18 Augusti

Sancti Rochi Confessoris, de quo ágitur décimo sétimo Kalendas Septémbris.

Die 25 Augusti

Translatio sanctæ Hedwígis Ducissæ, cujus sacra ossa e túmulo reverenter eleváta hac die in templo monastérii Trebnicensis honorificentius repóstita sunt.

Die 1 Septembris

Cracóviæ in Polónia beátæ Bronisláviae, sanctimonialis Ordinis Præmonstraténsis, quæ in dicecési Wratislaviénsi orta annis supra quadraginta in perfectione vitæ peractis sancto fine quíevit.